

PANEGYRICI

D. Doctoris Physici

IVLII CAESARIS BENEDICTI

A GVELFALIONE

2

PANEGYRICI

D. Doctoris Physici
IVLII CAESARIS BENEDICTI
A GVELFALIONE
Ciuis Aquilani

Vrbis Archiatri, eiusdem Archigymnasij Theoricæ Professoris

ET

Velatorum Aquilæ, Romę Humoristarum, Phantasticorumque Academici.



ROMÆ, Apud Monetam. 1653.
Superiorum Permissu.

Sumptibus Io. Baptistæ, & Ioseph Corv

2

PANEGYRICI

D. Doctoris Physici
IVLII CAESARIS BENEDICTI
A GVELFALIONE
Ciuis Aquilani

Vrbis Archiatri, eiusdem Archigymnasij Theoricæ Professoris

ET

Velatorum Aquilæ, Romę Humoristarum, Phantasticorumque Academici.



ROMÆ, Apud Monetam. 1653.
Superiorum Permissu.

Sumptibus Io. Baptistæ, & Ioseph Corui.



ILLVSTRISSIMIS

AQVILANI MAGISTRATVS

DOMINIS

Dom. Baroni Laurentio de Aliferis Oſorio.
Dom. Ioſepho de Angelinis V. I. D.
Dom. Marco de Micchelettis.
Dom. Innocentio Gulielmo.

IVLIVS CAES. BENEDICTVS à Guelfalione S. P. D.



Ogitanti mihi, quiſnam meas quales quales fuerint lucubrationes à Sycophantarum iniurijs, vel maledictis poſſet arcere, quis poſſet Archilocos premere, ac iugulare, quis velut Tereus Phi-

lomelę eoſdẽ valeret elingues reddere; extemplo magnum occurrit in mentem animal, Tonantis auis, alitum Regina Aquila; hanc enim vel à tenellis vnguiculis generoſitatem nactam intuens, eos qui clandeſtinis dolis perniciem machinantur, terere, calcare animaduerti; hanc prętereа nunquam infauſtam illucere, nunquam infœlix omen extitiſſe, ſum pariter expertus; ideoque Romana olim maieſtas generoſam auis indolem conſpicata, eandem ſuæ voluit victoriæ nũciam experiri, inter ſuarum legionum vexilla primam ſanciens vexilliferam. Hæc enim duntaxat irato Ioui miniſtrat arma, ac animantium vna fulmina iacit; ſe ſe fulminibus inoffenſam pariter

riter

riter intuens. Illæſum me ergo planè reputarem, vnàque à Momorum inſidijs tutum, ſi huius Aquilæ poſſem patrocinium aſciſcere, vendicare tutelam: ſic enim, vel quarundam Veſpularum detrahentiũ retunderem aculeos, Zoilorumq; liuores declinarem. Sed quid Aquilæ aueo patrociniũ, ſi eandem, vel meis natalibus patrocinantem obtinui, meq; educauit ephebum, enutriuit virum? quid eiuſdem tutelam deſpero, ſi nullam præter Aquilam agnoſco parentem? quę haud reformidat hoſtes, nec fulmina metuit, Amiterninæ generoſitatis, haud quaquam oblita, vnde auitam agnoſcit originem, quæ vel diſperſam ruinis vndiq; prolem reparare contendens, magnas reſe-

rans alas ad nouum ſugendum lac, tanquam optima parens, conuocauit filios, proprioſque eſt imitata partus; quos voluit vel à parente Aquilanũ agnomen aſciſcere, haud pauitans eius liberos tanquam adulterinos oxiphragis egere lactantibus, cum vel priſcos fuerit intuita, vel neotericos cernat à parẽte non eſſe degeneres; non enim tot pullos excluſit, quot mirabilia genuit ingenia; non tot eſt enixa fætus, quot genuit Heroes; non tot peperit filios, quot produxit Apollines. indeq; iure merito Samnij Princeps præſtita, vel inter omnes primatum affectat. nec immerito ſane: non enim minus togata, quàm ſagata apparet, dum eadem Macaones lactat inſignes,

gnes, Aſtream nutrit, dum innumeros eoſq; claſſicos V. I. educat peritos, eadem quoq; Arhithmeticos, Geometras, Aſtonomos, Theologos fouet in ſinu; eadem inuictos peperit Equites, bellatores ſtrenuos, excluſit Duces, ac tandem Purpuratos edidit. Quos Famę eſt duntaxat perẽnis perennare, non meum, cum eorum obeſt multitudo. Quid ergo in Aquilam hanc ſęuiunt Moloſſi, quid obmurmurant Zoili, Ariſtarchi, Momi? ſola duntaxat Aquila huiuſmodi obtrectatores, diſcerpet vnguibus, dilaniabit proboſcide. ò quã docte, ò quã iucũde ille genuinus Aquilę filius, qui vel incõniuẽti pupilla Solis iubar intueri iã viſitur, quia doctus, quia ſapiẽs, quia ingeniorum

Phœnix, Hieronymus inquam Floridus, nostræ patriæ splendor, ò quam benè fulmina propriæ parentis accipiens, vulnerauit, ac lethaliter ferijt Aquilæ hostes, matris perduelles, in apologetico quodam responso! nec voluit eandem inter maledictorum nubes detineri, quin quamuis suauiloquo suo dicendi modo, fero tamen velut spirante Boote, eandemè nimbis subripuerit vt ad veritatis Solem euolaret inoffensa; vt sciret nedum à Ioue ferrea vendicare fulmina, sed à Sole pariter aurea aureo dicendi fulmine fulminatura, ac lethale vnà illatura vulnus. Iaciant ergo in Aquilam spicula, nam eadem despicabitur Aquila. Contendant morsibus

illam

illā impetere, namillos contemnet Auis; ac quæ vulnera quæritauit hoſtis infligere, floribus deliniet Floridus; qui quidem flores Aquilæ quamuis lenimina exiſtant, hoſtibus vt venena cernuntur.
Quicquid tamen ſit, quis non gloriaretur, exultaret, vel è tali tantaq; parente ſe ortum agnoſcens? quis hilaris haud irrūperet ſe, ab Aquila vt propria genitrice vitalia primordia vendicans? Iure ergo merito exultabundus accedo, ac vnà Aquilę implorandum adminiculum mihi ſuaſi, vt inter tot Momos, eadem patrocinante illæſus appaream, indeq; vos, qui Aquilæ pręeſtis, meo ne dedignemini præeſſe optatui, Aquilam noſtrum omnium parentem mihi fau-

✝ 6 ſtam

ſtam promittite: nam ſicut Hieroni vnàque Cæſari fęlix preſagiuit omen; ita vel eandem meo opuſculo propitiam vel tutelarem experiar. Sub Aquilæ ergo inſigni, ſubq; veſtrum omniũ tutamine latini hi diſcurſus exiſtunt: exiſtite quęſo vos ad illos excipiẽdos vnà benigni; nam veſtra benignitate ſuffulti, ac Aquilę alis vndequaq; geſtati, noſtram Aquilanæ Vrbis gloriam pandent, quæ ſciat ſuos filios à Zoilis tutari, tueri. Valete, meq; ametis vt amo, magnes enim amoris amor. Hac die 12. Octobris 1652.

VIRO
PRÆCLARISSIMO
IVLIO CÆSARI BENEDICTO à Guelfalione Ciui Aquilano.
IOANNES ALBERTVS S. D.



*Nter Romani Collegij Archiatros, te tandem cooptatum nuper à Ritu nostro accepi. Gratulor igitur, intimoq; gaudeo animo (*mi Benedicte*) & cum id ore non possim, affectus adigit stylo facere; eoque magis lætor, quod prouidum satis, atque sagax Collegarum iudicium fuisse nouerint omnes, qui vt detrahentium in Romanum Collegium fulmina fulminibus pariter refellerent, Aquilam tuam implorarunt, vt eius muniti fulminibus*

Zoi-

Zoilorum aculeos prosternerent, nec læderentur. Sola enim inter Alites Aquila fulminis ictu haud læditur, faustissima namq; victoriæ, ac domini; omina Aquila portendit semper, nec Romanorum vota delusit vnquam. Sic Galbæ Auo fulgur procurãti raptis in sacrificio de manibus extis, Galbæ familiæ Imperium portendit; & Augusto panem, quem ex improuiso ei in nemore prandenti, è manu altissimo rapuerat volatu, leniter delapsa reddendo Imperium præsagiuit: & vt innumera omittam exempla, non antea de L. Antonio triumphauit Domitianus, quàm eo ipso quo dimicatum erat die, statuam eius Romæ insignis Aquila circũplexa pennis clangores lætissimos ediderit. Tali igitur insignitum stemmate, Romanum Archiatrorum Collegium poterit illud hoc condecorare titulo,

HA-

HABET IVPPITER SVAM ARMIGERAM AQVILAM. *hoc est* Iulium Cæsarem Benedictũ, *virum omnigena eruditione insignem, Ingeniorum Apicem, ad Apollineæ scientiæ culmen, & fastigium euectum, vt tibi vni, vatis illud adaptari debeat,*

NIL ORITVRVM ALIAS NIL ORTVM TALE FATENDVM.

Nec blandior mi Benedicte: doctissima namq; tua scripta, quæ in publicum, vsque nunc elaborasti, hoc manifeste docent, quæ sicut tibi honestissima sic sapiẽtibus omnibus gratissima extiterunt. In similibus igitur edendis te hortor perseueres, vides enim languescere Vrbem hanc, & deponere paulatim ardorem illum discendi, docendi, scribendiq; Tu igitur è subsidio adsis, & eloquentissimas illas tuas Academicas lectiones, quas sub torculo

culo habere dicis; quamprimum in lucem edas, vt Neotericus Alter præfulgeas Apollo, in Medica arte præstantissimus, quam in libris tuis, vsque nunc editis, videlicet de Pepasmo, de sede affecta pleuritidis, medicinalibus epistolis, non solum laude, & ope ampliasti, sed artis huius penetralia integrè adeo ingredi potuisti, vt plurima Hippocratis loca, è tenebris in lucem, ex obscuritate in claritatem, ex difficultate in facilitatem traducere valueris: quo in negotio feliciter adeò te gessisti, vt sicuti nulli comparandus, ita ab omnibus imitandus venias. Vaticinij insuper præses, dum in tuis editis Medicis consultationibus prognosim, ad miraculum vsque facere videris. Cithara quoque donatus, dum in omnibus, & præsertim eruditissimis hisce Academicis lectionibus

dicen-

dicendi Stylo delectabilem addis iucunditatem, & ne tibi quidquam deesset, ut verè Alter Apollo dicaris, sagittandi quoque peritia celeber, Aquilæ sobolem te natura fecit. Vale, & me tui amantiss. redama.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiss. Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici.

A. Riualdus Vicesg.

Imprimatur

Fr. Vincentius Fanus Magister, & Reuerendiss. P. Fr. Vincentij Candidi Sacri Palatij Apostolici Magistri Socius, Ordinis Prædicatorum.

AD AQVILANVM MAGNVM,

Qui ad Humoriſtas primo ingreſſu orationem celeberrimam habuit nunc varias elucubrationes Academicas typis mandauit

IOANNES LOTTVS ACAD. Humoriſta.

EPIGRAMMA.

NOſter FVLMINEA penetratus ab ALITE NIMBVS
Ingentem tonitrum protinus axe dedit.
Indeque, qui lentum ſueuit ſtillare per imbrem,
Expreſſo veluti viſcere, inundat humum.
Vmbræ inimica AQVILA in ſolē vel NVBILA vertet,
Vt pro lympharum gurgite, luce pluant.

AD

AD

IVLIVM CÆSAREM

BENEDICTVM

Sapientia Vniuersa tum vel maximè medendi arte Clarissimum.

SEù vincis, IVLI armatas in funere febres,
Grandia seù scribis, CAESAR vtrinque micas.
Vi prima mortem remoues à corde; secunda
Illam intra Lethes muta sepulchra premis.

Ad Illustrissimum, & Celeberrimum Dominum
GABRIELEM FONSECAM
INNOCENTII X. P. O. M.
Medicum à Secretis.

IVLIVS CAES. BENEDICTVS



Værebam enixè monstrorum illum domitorem Herculem, qui sanè non Lernæo thyrsum concremasset mõstro, sed Sycophantis effrenatam linguam, quæ aliis Naturæ plectrum existens, his iaculum configurat anteuolans celeritate, nec impetus eius, nisi ex iam præstito vulnere innotescit; nequit enim in itinere intercipi à mentis arcu iam iam excussa lingua, quæ quidem Auerni spirat cloacam, mordet, pun-

pungit, murmurat, tonat, fulminat, perimit. Quærebam pariter, ut istorum scilicet compesceret labia, iisdemq; opponeret digitum; sed mei ipsius sum immemor: Te habeo (mi Fonseca eruditissime, *) & paueo, & contremisco? non ne Asclepiadea qua insigniris facultate, Parcarum iram demulces, monstruoso mortis portento fræna componis, & Acherontæam cymbam letheos fluctus peruadere conantem inanẽ ire compellis? Nonne tua qua polles sapientia, ac summa dexteritate, vel imperitorum retundis audaciam, reprimis stultitiam, coerces garriendi libidinem, & velut Serapidi temet ipsum opponis? quid? non ne immensa prudentiæ, qua donaris laude, digito detrahentium labella obsignas, & cum Ouidio vocem premis, digi-*

toq.

loq. silentia suades? sic certè. Te Te ergò anhelo, Tibi inhio, ut Sycophantarum labia catenes, linguas igne concremes; sicque Te meam anchoram vocitabo, meum indigitabo Patrinum, linguas temerè oblatrantes reprimentem, labiorum redarguentem audaciã & vocis tandem coercentem furorem: unde cum adagio dicerem, te obelisco dignum, sicque tutus potero vitalem vitæ auram impartire, eam aiendo esse diuturnam sapientibus, breuem inscijs, ut tanto tutata Viro, sua tueatur encomia, suas prædicet laudes.

PRAE-

PRAEFATIO

Habita apud Romanam Sapientiam in Studiorum principio in explicatione aphoriſmorum.

Quòd vita ſit breuis inſcijs, diuturna ſapientibus.

DISCVRSVS I.



Nſtabilis adeo eſt noſtrę vitę ſtatus, vt vita inſtabiliſſimo tempore, tempus inconſtantiſſimo motu commenſuretur; indeque eadem temporis, motuſq; ſubdita dominatui, nequit, quàm ſui ipſius volubilitatem oſtendere; tempus enim nil aliud ſtabile agnoſcit, quàm inſtabilia quædam momenta; motus nullam aliam ſibi vendicat firmitatem, quàm

momentaneos quosdam lapsus; sicque tempus, ac motus vitæ mẽsuræ eandem reddunt momentaneam, labilem, ac denique lapsam.

Nec immeritò sanè: viuimus enim in lapsu, quiescimus autem in motu; haud secus quam cymba, quæ vastissimo pelago immersa, fulcimentum in instabilibus stabilit vndis, quæ quietem in irrequieto gurgite anhelat.

Haud secus quàm vmbra, quæ vitam viuit dum fluit, ac refluit, & dum nos ambit, ambita fugit, eiusdemq; constantiam monstrat inconstans.

Haud secus quàm lampas, quæ dum vitam monstrat in flammis, mortem experitur in fumo, eodẽque in tempore fumus, & flamma prosurgunt; immo, quam momentaneam flamma spondet vtique vitam, mors illico denegat vecta quasi curribus fumo.

Est igitur vita (fateri iam cogor)

velut fulgetrum, quod fulget, & fulminat, fulgore vitam promittens, fulmine mortem. Est velut ignis scintilla, quæ vix orta interit, vitaque in morte visitur, morsque in vita prospicitur: est velut bulla, tumor ille inanis, qui momento quidem temporis enascitur, atque insimul euanescit; est velut spiritus, qui dum vix turget, à spiritu spiritum efflat: est denique velut sonitus, qui dum vitaliter in sono triumphat, mortis concinit triumphum.

Quid igitur stabile agnoscet vita, si velut cymba instabili stabilitur in vnda? Quam firmitatem promittet, si vmbræ parentalis velut parens existit? si lampadis, scintillæq; instabilitate stabilitur? si bullæ, si spumę à fluminibus ortæ non est absimilis? si sonitus fugacissimi lapsui comparata, vnà cum sonitu fugit?

Laudandos ergo òperepretium ducerem Thraces, quod hanc vitæ

lubricitatem intuentes, eandem persusis cohonestabant lacrymis, mortemque alacriori animo gestientes plausibus salutabant; cunas quæ in solo trepidabant, vel in eorum perenni lacrymarum illuuie innatare cogebant, idque fortè fortuna, vt eius velocitatem ostenderent. Quem enim infantem vix prædicas natum, senem mortis celeritate conclamas; lacteaq; illa ætas, annosæ coniungitur: immò illud lac, quod infantes à mammillis exsugunt, cum lacte confunditur in Polydori exequijs effusum. Conuiuia prçterea à parẽtibus prælætitia liberis parata, sunt affinia lætho, sunt parentalibus propinqua. Pueriles illæ fasciæ nil differunt ab Antonini illius fascibus, qui cum esset satis annosus, tergoque curuatus, tiliaceis tabulis pectori admotis, fasciabatur; innuẽs sic infantiam senectuti coniungi, vitam mortis esse sodalem.

Nec immeritò sanè; dum enim viui-

viuimus, sensim morimur, illudq; Nunc quo viuimus, est Non nunc quo morimur; immò quod tempus putamus adesse extitit, non amplius. Dicat igitur diuinus noster Dictator: Vita breuis, ars lõga, nam resonabit quasi Echo Petron. Quid est vita fugacius? quid est morti sequacius? Hanc igitur vitam vobis hodierna luce proponam, eandemq; breuem inscijs demonstrabo, diutinam sapientibus, & addiscere inhiantibus, quamuis innumeris ærumnis circumseptam.

Et quis ignorat, vitam hanc quam viuimus, labilem, fluxilem & fugacissimam esse, si vel ipsa instabilitas sanxit eidem natales? Iure meritò ergo Plato decãtauit vitã esse peregrinationis ideã, quę migrando perficitur, quę in peregrinatione consistit; vix enim vnum pedem stabilimus in solo, ac illũ è vestigio tollimus, vix incolæ sumus, dum aduenæ existimus.

Esse noctem cecinit Augustin. quæ quamuis,vt reor, indistincta quædam lumina, vel in tenebris foueat, adhuc tamen illumina visitur, suaq; lumina, vel in tenebris funerat; immò quem vitæ Phosphorum spondet, Hesperum stabilit mortis.

Esse nauigationem quandam dixerunt alii, quæ volubilem vndam agnoscens, spem ponit in fluido, spem locat in fluctibus; qui non semel tranquillitatem naufragiis vtique nectunt. Esse viam dixit Basilius, quæ nullam aliam agnoscit, quam in transitu moram.

Dicat ergo Quintilianus, vitam vnicum esse diem, militiam Seneca, cubitale tempus Iunio, vitæ palmum Diogenianus, carcerem Antiphon, temporis punctum Demetrius Phalereus, breue frigus Petrarca, vmbram Aeschilus, & flamen denique Sophocles. Dicat stadium esse Chrysostomus, scenam

Lu-

Luſcinius,frondem Homerus, & calamitatem adagium, fabulam Perſius, & curſum denique ad mortem Thomas Morus. Dicant alij eſſe auram leuem, vaporem, fumum, ludum, nihil; nam non deerunt, qui hac aura victitare non curent, his vaporibus ali non ament, qui hoc fumo ſtabiliri non quæritent, qui hoc ludo colludi non ambiant, qui hoc nihilo ditari non anhelent.

Inſpicite quæſo vos, præ reliquis Theophraſtum illum, non minus ſapientiæ, quam annorum pondere gementem; qui dum ſub mortis agone gemebat, animo conſternatus, virium languore fatigatus, breui animam efflaturus, in vitæ tamen volubilitatem intuens, eandem ſic compellauit: Quid vita ſuperbis nomine vitæ, dum mortẽ foues in ſinu, tuimet primordia fatali termino iungis, balbutiem præcox ſenectuti combinas?

Quid vitæ luxurias pompa, dũ nenias funeribus, cunas vrnis, vitam morti connectis? Putaram vixisse diù, sed vix extitit dies; terrarum orbem vix salutaui, dũ mihi præripitur salus. Credideram exitiũ longè distare, sed vitę exitus adstat: Amicam te credidi, sed inimicam experior; Hospitem te reputaui, sed hostem intueor. Censueram secula, quæ tu mihi nunc propalas momenta: dum adstas enim, præteris: dum gradum obfirmas, graderis; dum graderis, me è vita iam egredi sanè contendis. Multos multos mihi dedisse censes, sed eorum, vel repetijsti censum, dum vitæ dimidium rescecuisti somno, qui morti magis, quàm tibi affinis existit. Ehu, ehu recede à me, recede, nam hanc habeo à te mercedem, vt morti cedere compellar; proindeq; te vitam mortem, mortemq; vitam vocitare non vereor. Tu me mortalem de-

declaras, mors me immortalem peragit; dum vitę aggeres aggeras, mors aggeres excindit: tu miserias, mors gloriam; tu ęrumnas; mors beatitudinem. Tu ęuitatem, mors denique spondet ęternitatem.

Cęterum, Auditores, vix possum me detinere, quin stupori nunc hęream infixus altissimo. Accusat Theophrastus vitę miserias, ęrumnas, & tamen putat breue vixisse tempus. Flagellą censet cōtinuis ærumnis lacessiri, premi, torqueri; & tamen flagitium est ratus, mortis haud vitę flagello flagellari, vitam haud nomine vitę donandam retur, & tamen è vita migrare pariter gemit,

Nescius erat fortè tunc scil. vt aiebat Seneca nos vitam incipere cum è vita discedimus.

Vel censebat fortè vitam esse ęrumnosam, ducere vitam, quam vt aiebat Augustinus, humores tumidant, dolores extenuant, ar-

dores exſiccant, aer morbidat, eſcę inflant, ieiunia macerant, ioci diſſoluunt, triſtitię conſumunt, ſolicitudo coarctat, ſecuritas hebetat, diuitię iactitant, paupertas deijcit, iuuentus extollit, ſenectus incuruat, infirmitas frangit, mœror deprimit, & poſt hęc mors interimit.

Cenſebat fortè vitam eſſe Ixionem continuo rotatu circumrotari; Promethei cor ab Alitum Regina vorari; Polyphemum ſub antro contineri; Syſiphum continuo aſcenſu, & deſcenſu ſaxum deuoluere; & Acteonem à canibus dilaniari. Ignorabat fortè vitam illam, quæ cum Democrito à vagitibus inchoabat, nequire ſine vitæ vagitu ſuos finire vagitus, ſine morte limitare plangores.

Plangere ob id pectus nudis palmis nonnulli ſunt animaduerſi, quia vitam innumeris ęrumnis circumſeptam perpenderunt; proindeq; non defuerunt,

qui

qui in morte dumtaxat ſpem repoſuere deſperati. Malum eſt enim pueraſcere ſugendo vnà cũ lacte ploratum venenum, adoleſcere malis, iuueneſcere angoribus, ſeneſcere mortibus. Malum eſt vitam ducere, vt ſpiritum educamus; trahere anhelitum, vt anhelemus ad mortem; & inter extrema viuere, quæ ab extremo vitę fine extremitatem aſciſcunt, ab extremis vitę miſeriis.

Hanc hãc extremitatem hodierna luce pande pande, tum prę reliquis ò Beliſari. Dic mihi tu quęſo; quis te ad ſupremos terrarum orbis conuectauit honores? Reſpondet, Auditores, Fortuna: quis te ad miſeriarum detulit extrema? ait, Infortunium: Quis homines in tui admirationem illexit? Reſpondet, faſtus: quis eoſdem in tui commiſerationem adegit? ait, miſeria: quis te ad diuitiarum culmen tranſue-

xit? Respendet, fatum: quis ad obulum impetrandum adegit? ait, egestas: quis te magnatem effecit? Respondet, Romana maiestas; quis te omnium infimum fecit? ait, Iustinianus.

O nostra (subdit) vicissitudines, ò vitę instabilitatem, ò instabilem hominum conditionem! Qui me euexit, deiecit; qui me sublimauit, depressit; qui me extulit conculcauit; qui me admirabilē reddidit, omnium infimum fecit. Pluries è barbarorum barbarię Romam sustuli; nunc in me Roma suam exercet barbariem. Pluries Vandalorum, Parthorumq; reportaui triumphum; nunc de me infausta triumphat Fortuna. Regna mea fortitudine profligaui nunc me profligat, sed iniustè Iustinianus. Iusta soluere tentaui, dum ad Capitolium trophęa reportare contendi; nunc non alia ostendit trophæa, quàm meos oculos è capite erutos, idq;

dun-

duntaxat ne meas inspectem miserias, ne Iustiniani intuear tyrannidem.

Hęc ergo sunt labilis vitę pręmia, hęc mutabilis naturę dona. Cassium vitalem olim fecit trium phis, mortalem capitali suppllcio. Caium Carbonem post tres consulatus ad internecionem deduxit. Polycratem Samiorum tyrannum post multos ridentis Fortunę zephiros ad suspendium deduxit: & tandem Perseum Macedonię Regis filium in extremam adegit inopiam.

Ite ergo ò mortales, & fugaci huic vitę confidite, quę nescia est, quàm inconstanter dare constantiam, quàm infirmiter firmitatem promittere, quàm instabiliter stabilitatem ominari. Est enim vita fumus, & vmbra, vnde meritò ab illo Poeta Tifernate dicebatur.

Nec nisi viuendo somnus, & vmbra sumus.

O Deum

O Deum immortalē! cur ego nequeo velut Orpheus ore ſuauiloquo non lyra, haud Euridicem ab Inferis illicere, ſed ab Elyſijs reuocare inuictos illos Duces Heroes? Cur inquam, mihi non eſt datum extinctos illos Reges, emortuos illos Imperatores in vitam adigere?

Et tu Terra, cur hodierna luce velut parturiens, vterum non aperis, viſcera non operis, vt illos ſemel genitos iterum atque iterum regeneres? cur inquam è vaſtiſſimo ſinu non excludis Pompeios, Cęſares non eructas, vt poſſim cū iiſdem diſſerere? Refera, quęſo te, tuum gremium, reclude ſinum, os aperi, teque in profundam conuerte voraginem, vt Cęſarem poſſim, vel in abyſſis commorantem intueri, vel eundem ab abyſſis retrahere.

Eia age ò Terra, rumpe moras, ne amplius me teneas anhelantē ne me amplius inhiantem attendas

das, reconditum 'dico ſub tuis viſceribus Cęſarem, aut exclude, aut mihi pariter oſtende. Sed ehu quid ſentio, quid video? Terram ſentio miro tremore concuti, terram video miro ſucuſſu dehiſcere, hiare. O fauſtam fortunam, ò fortunans vndiq; fatum.

En ex profundioribus abyſſi partibus vmbram emergere intueor, laruatum corpus, informem imaginem, quę quamuis in varia ſe configuret ſimulacra, varia ęmuletur ſpectra, eadem tamen hominem repræſentant, qui vel inter vmbras Cęſarē obūbrant; ſed proh dolor, nudum, incomptum, ſine ſceptro, ſine lauro, ſine reali tandem diademate.

Vnde fieri haud poteſt quin Cęſari meis optatibus arridenti, obuius eam, accedam, dicam; Dic mihi tu Cæſar, qui tot hominum millia cęſiſti, nec vllus vnquam victoriam non conceſſit, vt ouans triumphares, v

trium-

triumphans reportares trophæa? Vbi nam palmæ, vbi exuuię, disfracti clypei, diruptæ ocreæ thoraces, loricæ, pharetræ? vbinam reposuisti manubias, trophæa, triumphos, adoreas?

Audio respondentem eundem: Adite Capitolium, circumspicite arcus, mausolea perspicite; ibidē enim mea perlegetis elogia, præconia; ibidem cernetis famam esse factam meorum gestorum præconem; ibidem inspectabitis incisas galeas, insculpta spolia, impressos clypeos, suspensas hastas, pendentes enses.

Sed ò mortalium miseram con ditionem, ò mundanę vanitatis fastum! Cogor iterum atq; iterum Cæsarem adire, eundemque sic alloqui. Video ò Cæsar arcus, admiror Capitolium, inspicio moles, perlego elogia, inspecto triumphos, Cæsaris nomen audio; at Cęsarem in orbe non video. Vbinam Cæsaris Regia, vbi Cæsa-

ſaris maleſtas, vbi Cæſaris immẽſitas? immenſum cubitale claudit vtique ſpatium, maieſtatem vermes aſpectant, Regia conuerſa eſt in Vrnam, & Cæſar ſaxit Deus aufugit velox in vmbras. Sunt figmenta illi arcus, qui Te ſub mortis arca recondunt: Capitolium non te ſub Capitolio reperit, ſed tua inania operit: moles te monſtrant demolitum, molitum in vmbram: elogia tua facta dicunt, præſentia te abſente ſilent; Triumphi tuum canunt mortis triumphum, teque olim triumphaſſe, nunc triumphatum acclamant. Quid ergo iactas triũphos, quid rependis trophæa, ſi vel hęc te acclamant Parcarum triumphum? At abiere, dicit Cæſar, triumphi in vmbram, in fumum, in nihil.

Ite ergo ò mortales, iterum dicam, & fumo, & vmbræ, & nihilo veſtram reponite ſpem; nam vel in ſpe veſtram cupidinem ex-

ſpem

ſpē eſſe cernetis, non enim in vita, ſed virtute probatur immortalitas,quæ vel vita inuita eſt immortalis, eaque non in fumo, non in vmbra, non in nihilo nititur, ſed in æternitate.

Quam volentes expingere antiqui,eandem ſiniſtra laurum ſuſtinentem configurarunt.Laureatam ergo hanc veneremini Deā, vt ſitis æterni, vt æternè viuatis, qui namque virtuti inhæret, inhæret immortalitati, inhiat ęternitati.

Virtuti indulge, aiebat Poeta,
virtus æterna manebit.

Qui namque virtute peritat, non interit, neque præterit ſama, quę perenni ſuę tubę clangore nomen ęternè perennat. Quod rependens Seneca viſus eſt Herculis more virtutem feciſſe columnatam, quę morti ſanciret fines, ęternitati aperiret iter: Quęris (inquit) quodnam ſit ampliſſimum vitę ſpatium? vſque ad Sapien-

pientiam viuere. En idem Lucilium introducit, quem non ad beatitudinem traducit, ni eundem ad sapientiam reducem faciat: Liquere ait, hoc tibi scio, ò Lucili, neminem posse beatè viuere, ne tolerabiliter quidem, sine sapientię studio. Nemo ergo sibi in animum inducat, posse vitam protendere sine sapientia, posse temporis imperium aufugere sine virtute, cum ea duntaxat, & tempus debellet, & mortem profliget.

Recidat ergo Atropos sapientibus; nam vel illos inuita constituet ęternitatis filios. Falcem mors vibret, vt feriat; nam vel feriata abibit non feriendo. Feriat vt funeret famam, nam vel funerata persistet. Non ergo vitę, sed virtuti vestram reponite spem ò mortales, quę est immortalis.

Neque vos immortalitatis nomen expaueat, quę etsi tempus explodat, sitque ęternitati coęua

fini-

finitos tamen labores non excludit. Neque vobis vires eneruet Eloquentię parens, dum censuit sapientię parentem non sine laboribus eandem progignere: nam dulcescet labor vbi virtutum dulcedine fuerit delinitus.

Tollite tollite pauorem, seiungite metum, propellite ignauiam insurgite, instate, accedite, contēdite hanc venerari sapientiam, vt venerabiles omnibus sitis, vt profligetis inscitiam, vt ad sapientię coronidem aduentetis.

Neque enim adeò est senticosa Herculis via, quę ad Sapientiam deducit, quin aliquando candem peruadere posse queamus. Neque adeò est inextricabilis Dædali labyrinthus, quin aliquando Thesei filo extricari vtiq; valeat. Neque adeo est indissolubile Sphyngis ęnigma, Gordij nodus, quin hic ab Alexandri vtique ense, illud ab Oedypo dissolui non valeat.

Quę-

Queritauit Prometheus flāmas è Cœlo suffurari, & est suffuratus. Inhiauit Hercules hydrā Lerneā cōcremādo perimere, & peremit. Tantalus ad cœlestia mente euectus, cœlestia arcana reportare concredidit, & retulit. Archita suæ ligneę columbę aduolatū dare contendit, & eandem reddidit volitātem; & tandem homines, quæ videbant impossibilia, assequi voluerunt, & eadem facere possibilia.

Nil enim est ita arduum, quin homo suo ingenio consequatur; nil adeò difficile, quod sui ingenii potestate non vincat. Vnde bene dixerat Pontanus, ad celeritatem naturam, & ingenium posse prodesse: latius dixerat Plinius, ingenium supra artem existere.

Quoties ne vel pusiones, vel adolescentes scientiarum canitiem enutriuisse animaduertimus? quoties ne vel homines vi-

tæ

tę cunabula encyclopædiæ termino combinarunt?

Inſpicite quęſo vos, in Pico illo Mirandulano adhuc adoleſcente ſcientias omnes adultas. Intuemini in Empedocle adhuc iuuene virtutes omnes iam canas.

Intereſt enim non quot enutrias annos, ſed quam annoſam lactes virtutem, quę non alio adoleſcit vtique lacte, quàm labore, quàm ſolertia, quā ſtudio. Quod rependens olim Scipio dum Mars furore fremebat, ſcientiarum amore gemebat; dum tractabat enſem, iactabat calamum; dum vulnerabat hoſtem, profligabat inſcitiam,

Sic Carneades perenniter inſudauit, vt ſudores virtute parati, fierent triumphales, vnàque gloriam canerent ſapientię. Eſt enim à veritate deuius, qui peruiam ſibi quęrit reddere ſapientiam ſine laboribus, eandemque nanciſci ſine ſtudio ſibi ſuadet.

Exu-

Exulem ergo reddite ò Adolescentes,ignauiã;laboribus operã nauate,nã laboribus sapiẽtiã, sapientia gloriam, gloria immortalitatem consequemini: sicque vitam, vel breuissimo temporis spatio circumscriptam, diuturnam laboribus,studio immortalem vndequaque reddetis. Neque enim immortales a ueo labores, neque studia perennia conclamo, sed interpolata cum Cicerone,intercisa, ne torpescente nimijs studijs ingenio,virtutem torpidam quoque reddamus.


Apelles ob id hac nota fuit fœdatus, quod nesciret è tela manum subripere. Hinc Aulus Gell. Ad rem agendam,dixit,simul adhibeatur, & industriæ celeritas, & diligentię tarditas. Hinc motus Augustus lentè festinandum esse promulgauit: omne enim quod à medio recedit, à virtute recedit; & dum ad metam anhelat, à meta pariter distat.

Non ab hac meta recessit inter alios INNOCENTIVS nunc X. à quo expungite normam; qui dum laboribus, sed virtute pensatis, sed prudentia libratis, haud indulsit, indulgere sibi vidit sapientiam, eandemque nactus, immortalitatem est consequutus.

Et quid aliud ominatur olea columbę ore gestata, nisi immortalis sapientię gestamen, quæ gestit in columba, quę viret in olea? sicque oleum profundit olea columbæ proboscide expressum, & ab eius gutture, non guttatim tanquam è gutto, sed profusè profusum fœdus ostendit, fœderi adiūgit bonitatem, bonitati summam perfectionem; ad quam exarandam antiqui Iouem oleæ serto coronabant.

Imitemini ergo, vel laudate potius INNOCENTII nunc X. instituta, qui dum ingenio perenniter exculto, sapientiæ vincit
diu-

diuturnitatem, vitæ ſuperat breuitatem; vos quoque ſcientias excolendo, vitam haud breuem prædicate; breuem prædicate ſcientiam, quæ vel in vitæ breuitate diuturnitatem vobis obiectabit.



B PRAE-

Perillustri & Excellentissimo Domino

BERNARDINO MESSORIO

Medico Romano.

IVLIVS CAES. BENEDICTVS



VITATA Charybdi in Scyllam incidi (Vir Excellentissime) *dum propositis Amazonum præconijs, Vitæ, Artis, Occasionis, Experientiæ, atque simul Iudicij, Te precari compellor, vt me loquẽtem tuearis, dicentem à Vesparũ morsibus arceas, seiungas. Tu enim duntaxat, vel Archilocum terrere potes maledicum, tua humanitate qua polles, benignitate qua fulges: aliter enim Penelopes telam retexere cogor; quod effeci scilicet, rursus destruere coactus; alienam enim qui metit messem non alio indiget, quàm frugifero*

Messorio, *qui ſicut omnibus meſſibus ſuam ingenij falcẽ poteſt immittere; ita & me in alienis meſſibus manum reponentẽ, vtraq; manu, vt aſſerebat Demetrius, valet pariter ſuſtinere; vnde cum Cicerone Te deprecor, vt id omnibus neruis contendas: ſic enim extra telorum iactum exiſtam, quamuis Cœlo Mare miſcuerim, omnia perturbando, ac nihil agendo, vt dixerat T. Liuius. Quicquid tamen ſit, Dij facientes adiuuant, legitur in Parœmijs. Contexui huiuſmodi ambagem, vt Vitæ, Artis, Occaſionis, Experientiæ, & Iudicij promulgarem merita: nunc hæc meum declarant demeritum quod male dicendo proſiliens, Te maximo præditum eloquio deſiderat corrigentem, maxima prudentia inſignitum optat; ſic enim deludet Zoilos, repellet Archilocos.*

Habita apud Romanam Sapientiam in Studiorum principio in explicatione aphorismorum.

Quòd Medicina sit Nobilis, & sit Scientia.

DISCVRSVS II.



VID istud rei est? quæ dira syderum coniuratio? ò sydera, ò Cœlum! Vix ac ne vix quidem, Auditores, hanc cathedram scando, & spectra, simulacra, phantasmata, intueor: en en vel phœbeo nitente inter nos vndique iubare atra emergit vmbra, vmbrifera exurgit larua, laruatum prosilit idolum; Idolum quod mouetur, lar-

larua, quæ grandescit; vmbra, quæ oberrat. Oberrat vmbra, deerrat mens, grandescit larua, pauescit anima, mouetur idolum, commouetur cor.

Sed eia age, quid cor moueris, quid pauitas anima, quid mens deerras? non est idolum, non est ò mens; non est larua, non est ò anima; non est vmbra, non est ò cor. En facta mihi propior vmbra Mulieris redolet imaginem, larua vetulæ æmulatur effigiem; idolumque Medicinæ repræsentat figuram, quæ sicut picturata non legitur adolescens, sic annosa apparet, curuata tergo, referta rugis, imbecillis, anhelans, tremēs læuaque baculo sinuoso angue circumdato nititur, dextera gallo gaudet cristato; & inter crinium niues laurea viret corona.

Sed ò miseram anum, ò infelicem mulierem! en eandem velut in carnificina à Zoilorum phalangibus lancinatam, Theonis la-

ceratam dentibus, Momiue maledictis discerptam, Acteonis sortem renouare conspicio: indeque proh dolor, eandem lugentem audio, luctuosisque eiusdem suspitiis, singultibus aerem reboare percipio. Et qui fieri potest, vt vestris auribus querulę non immurmurent voces? qui fieri potest vt gemituum sonitus in vobis haud quaquam Echo figurent, si illa vel altisona voce sic suos ad auras manifestat angores?

Quis quisnam tam dira conditione natus apparet, vt infaustã mei non defleat fortunam? Quis Hyrcanę feritatis sic æmulus, vt meæ non miserescat miseriæ? Nobilibus à Deo sum orta natalibus, modò noctis somniq; filius, Momus inquam, infima mihi cunabula tradit. Locupletem olim me facit Natura, modo Momus me mõstrat mendicam. Principes, Reges Imperatores, mihi pararunt obsequia, modo plebeculam mihi

famulari submurmurat. Innumeris me Cœlum honoribus coronauit, illos à necessitate pronasci Momus asseuerat. Minerua scientiarum Dea me non è suo sodalitio seiunxit, modo vel Momus ab illa me abactum ostendit Ego tandem vniuersalia sanciens dogmata, scientiæ prolem ingenero, degenerem hanc Momus me singularibus immergens omninò declarat.

O felicem conclamabo, Andromedam scopulis alligatam! reformidasti haud abnuo, Cæti sæuitię, arctisque catenata laqueis tuam deplorasti sortem; sed faustum tandem es experta Perseum, qui tibi cedenti fato, laqueos recidit tibi subiecit fatum. Sed quid ipsa habeo, quod non lugeam, quod non defleam, vel omni destituta ope, adminiculo viduata? Miserescite saltem vos auræ volantes, succurrite mihi lapides insensati, me defendite parietes, tutamini Musæ.

 Sed

Sed ò impiam hominum conditionem, ò inhumanam mortalium feritatem! Fateor Auditores nescio quis excurrit per ossa tremor, ac pietate percitus, solui mihi videntur frigore mēbra: ingemiscit mulier, nemo accurrit; conqueritur, nemo succurrit; eiulat, ac quisq; suis eiulatibus lapidescit.

O per quam mihi esset iucundum, vel annosæ iam iam mulieri auxiliares præbere manus, suppetias ferre; ni ipse quoque, longeuè magis, Momorum morsibus lacessirer. Modo enim me ex illis esse promulgant, quibus aures inanibus præconiorum fumis pruriunt, ac titillant; modo me maledictis lacessunt, quia Medicinā vt aiunt, quotannis futilibus Rhetoricæ ornamentis conuestio; vel nescij eandem claris ortam natalibus, exigua vel scruta, vel pauperrima tegumenta renuere.

Sed

Sed garriant, nugentur, ac dàta opera mordeant, nam apum more mori cogentur; dum vel morsibus vnà cum aculeo vitam deperdent. Furant, ferociant, insaniant, nam ipse vel ijsdem inuitis repentem humi vetulam erigam, nobilem pandam, eandemq; Scientiæ nomenclatura donabo.

Sed en Auditores, non meas illa laudes anhelat, sed ipsamet, quamuis annorum pondere gemens, ac Momorum ictibus, quasi vacillans, non ob id pauitat sua non minus clara, quam prisca demonstrare cunabula; propterea que sibi iam paruulę, tunc nænias decantatas fuisse propalat, cum vel mundus fasciolis inuolutus, adhuc infans habuit tempus, illiusmet cunas pariter mutans, non enim posterius ipsa vagiuit, quàm vagientem viderit orbem, nec prius adoleuisse comparuit, quàm Cœlum, aërem, mare, ter-

 ram

rām, lucem vidisse conspexerit.

Expandebat hoc Cœlorum tectum Omnipotens, illudque aureis concinnabat astris, argenteis Zodiaci decorabat fasciis, lacteis Iunonis cōspergebat stillis stellulis satius dixerim, innumeris ditabat influxibus, atque vnà cum illis suimet rudimenta Medicina sumebat.

Aeris hos explicabat campos, quos dum Tonantis auis Regiam volantium ludum, aurarum hospitium, Thaumantis filiæ sedem & Apollinei iubaris thronum cōstruebat; en Medicina aurarum volubili tergo, quasi cunis, mouebatur, ac volantium garritu nęnias sibi decantari credebat, indeq; nunc gestiebat roscido vel aeris humore cadente, quasi lacte è mammillis expresso; nunc lætabatur, vel è nubium sinu nitidissimas cernens lymphas emergere, quasi balneum præstituras, nūc volatilium alis quasi mater-

nis

nis gaudebat amplexibus, corundemque tādem qualitatibus exultans sic reddebatur adulta.

Extendebat maris voraginem eandemque liquidis onerabat cristallis; arenosis littorum stabiliebat compedibus, ibidemque pisces vagari, scopulos stabiliri peragebat, è quibus frutices, ostrea, ac conchæ vndequaque emergētes, parturiebant corallia, gemmas, margaritas, non virtutibus nudas, sed propriis qualitatibus decoratas; è quarum vtero exiliens Medicina, eidem plaudebāt Nerei, Glauci; ac spumante Galatheæ vecta in sinu, vndarum murmurilo iam iam enascens colebatur infans.

Fabrefaciebat tandem hanc terræ molem ponderibus librarā suis, quę colliūm amęnitate gestiens, superbiens montium celsitudine, Ægei vastitate luxuriās, in suo gremio Floram recondebat; virides eiusdem oras, non

minus herbis, quàm floribus depingentem; indeque ad aurarum deliria delirantes Panes, Fauni, Siluani, florida, herbidaque serta gestantes, Medicinam ex herbis, floribusq; nascentem coronabant; eandemque fistularum sonitu, ac Satyrorũ, Napęarumque tripudiis salutabant. Quibus ipsa etiam atque etiam gaudens, quamuis infans, tenellulis tamẽ digitulis flosculos, herbulas carpens, mollem corpusculo lectulum parabat, ac inter florum beryllos, herbarum refrigeria sentiens, sic balbutiendo dicebat.

Lucet, non denego, in borragine smaragdus, sed in ea non minus prelucet frigiditas. Pallet in violis sapphyrus, oreq; pallidulo suimet frigiditatem propalat. Albet virides inter topatios liliorũ adamas, inue adamantino gremio calorem admittit. Liquidis conspergitur rosa rubinis, viridique in cespite, quasi proprio

throno

throno lasciuiens, se non minus florum patefacit Reginam, quàm frigiditatis parentem; indeue cōchiliato me aduehens curru, pares sibi nascenti ominatur natales: Seque non orbi terrarum posteriorem agnoscens, sui, meiq; patrem vnum prędicat Deum.

Ite ite iam in rem vestrã, Apis, Isis, Apollo, vestrum deponite fastum, vestram dimittite gloriam, tantęq; prolis, Medicinę inquam, ne amplius vestra semina iactetis, nam Deus, Deus illius extitit Pater; Deus, Deus, inquam, eãdem perbellè plasmauit

O Deum immortalem, cur nostris hisce temporibus Cous ille Senex, Naturæ genius, ac summus Dictator Hippocrates, paria nobiscū nō traxit vitæ primordia? nam forsan ipse primus Medicinæ primum declararet parentem. Eia age tu saltem ò Libitina; vrnam resera, sepulchrum aperi, Hippocratis detege tumulum.

Eia age dico, exagita, extumula, exhuma reliquias, ossa, cineres: nam vel è cineribus nostrorum gemituum calore calentibus, redditus, vt Phœnix rediuiuus, Medicinę scientiam dicet diuinæ potentiæ munus existere.

Sed en aura hinc suauis expirat, Zephyrus efflat benignus, en inquam ab Ægyptiacis oris Moysis sic aientis vox resonat auribus: Virentem omnem herbā, lignumq; fructiferum produxit mox ab initio Deus, vt ijs humanum genus ad vitæ tutelam in alimoniam vteretur, & ijsdem ipsis infestantes morbos depelleret.

Sed quid Moysem dixi? en reddito quasi Empyreo fenestrato, vox ad nos descendit suauiloqua, dulcis, mellisiua, sicq; ait, sic intonat: Ab altissimo manat Medicina, & vir prudens non abhorrebit illam. En eadem vox repercussa quasi Echo replicat aiēs:

Crea-

Creauit illam Altissimus.

Potest Deli Deus, auricomus inquam Apollo, aureis flagris suas cædendo quadrigas, obliquos sphęrarum calles peruadere, auratoque pede Zodiaci fasciam premere: Potest Ducis errantis instar, suismet motibus, erroneis dare legem astris, ac fixis Syderibus lucem impartiendo, se luminum Patrem ostendere: Potest tandem, vel ab astris repetere lucis vsuram: At nequit Medicinæ se iactare principium, cum hoc Deum eidem dedisse promulget.

Vosque ò Chirones, Aesculapij Macaones, Pæones, iam iam pridem è Medicinæ vtero in lucem prolati, hodie meritò potestis, vel inter astra asciti, vestram cum fœnore lucē Apollini reddere; haud tamen vobis illi fas esse perhibeo Medicinæ fœnus exsoluere, cum hæc non Apollinis, sed Dei fœtus extiterit. Vestro eia dicite Apollini, dicite quæso, ne amplius

Me-

Medicinam suā prolem indigitet, ne amplius eiusdem Patrem affe-ctet, ne dicat amplius,

Inuentum Medicina meum est opifexque per orbem
Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.

Nam ego Auditores non generare esse dicam, quod genitum ab obscuritatis latibulis erutum ad lucem proferre. Proferant quicquid velint Momi, non potest no biliori Medicina gaudere parente si Deus; non antiquiores potest monstrare natales, si mundo coęua. Quis ergo tanta temeritatis labe fœdari non pauescet, vt tam nobilem facultatem criminibus contemerare non ambigat? quis adeo vecors, vt reformidet eidem dare trophæa, vel benigno vereatur obsequio famulari?

Nōnè subuenit vobis Cadmus quàm Medicinam excolere anhelarit, quàm eidem ancillari vo luerit, cum tamen Regia Maie-

state

ſtate fulgeret? An vos fugit quã ambierint Nicomacus, & Gorgaſus Macaonis filii, & Phareatarū Reges, medica hac diſciplina cohoneſtari, vt eiuſdem ditioni ſubeſſe haudquaquam expauerint? Nonne dic amabò, nonne Attalum Regem, vt Medicum ſalutat Galenus? Nõne Necepsũ reali diademate coronatum inter Medicinę aſſeclas numerauit Aetius? Omittã Seleucum a Tralliano relatum, Maſſiniſſam à Liuio, Iubã à Plinio, & Agrippam à Villanouano. Haud numerabo Neronem Imperatorem, vt Medicum ab Aegineta vocitatum, Tiberium à Galeno, Auguſtum Cæſarem à Pierio Valeriano, Adrianum ab Aurelio Victore, Iuſtinum à Quiritio Tertonenſi, & tandem Alexandrũ à Plutarcho; eorum enim fateor, obſtat multitudo.

Mineruam tamẽ ſilere nequeo omnium ſcientiarum Deam, quę non minus Medicinę patrociniũ affe-

affectat, quam eiusdem ancillas eidem famulari compellat. Proindeque aduentat Rhetorica, & obtemperat; Physica, & obsequitur; Arithmetica, & ancillatur; Astronomia, & tributat; Iurisperitia, & arridet,

Obtemperat en primo Rhetorica, dum sua dicendi dexteritate, nedum corporeę molis demulcet pathemata, sed animi profligat angores: Animo ęgrotanti Medicus est oratio, dicebant Paremię. Hęc sola facultas languentem siti ingemiscentem à letiferis seuocat aquis, dum quę parat vndarum potus discrimina abundè proponit. Hęc è desperationis foribus retrahit ęgros, dũ vel inopinatam spondet salutem. Hęc immẽsis ardoribus leges imponit, dum illegem eorum sęuitiem fugacem obiectat. Hęc mestis ęgrotantis querimonijs verborum lenocinijs stabilit fines, cruciamentis lenimina sancit, anxie-

xietatibus quietem, & tormentis denique pacem.

O Deum, & quid non poteſt Eloquentia? Gemit ille, ceu Atlas (myrachiali paſſione laborãs) cenſetque ſe vniuerſi terrarum Orbis pondere preſſum; & tamen quia abeſt eloquium, diſertam haud inuenit linguam, quę ſit conſcia Imaginationis emendare deliria. Haud quaquam delirus ille eſſet, qui Regiam ſui credere non horret maieſtatem, ſi quis dicendo huic chimerę recideret caput. Non ille intra veſſicę carceres ſeream retineret colluuiem mundi pauitans excidium, ſi vel diſertum aſciſceret Medicum, qui coercitis ſeris, eiuſdem ſuaſu liberum aditum daret. Non algeret ille, qui butyrum ſe eſſe ſuadens ignem expauet, ſi linguę facundia inanem huiuſmodi obliteraret fidem. Non tandem fame deperiret ille, qui Libitinę dum ſacra feciſſe $z$etur, ſe mortuum de-

cla-

clarat, si vel quis eloquii fęcunditate se vitam adhuc viuere pronunciaret. O ineffabilem eloquẽtię potentiam! sed quid potentiam dixi, si vel eandem cogimur exulem reddere?

Quicquid tamen sit, en vel recedente Rhetorica, accedit Philosophia, paucis quidem circumdata scrutis, non modico tamen furore commota, quę suade Eloquentię Deæ, eidemque vna abeunti sic ait: Quid nugaris, quid longa verborum serie garrire cõtendis? An tu Medicinæ stabilinisti principia, adinuenisti caussas, explorasti motum, indagasti locum, vacuum, tempus, quãtum, quale? An tu Cœlorum materiam, motum, motorem, incorruptibilitatem docuisti? Tu ne elementa, generationes, corruptiones, putredines, alterationes es sciscitata? Tu ne coctiones, augmenta, ac nutritiones trutinasti? Tu ne vegetatiuam,

uam, ſenſitiuam, ac denique rationalem animam perpendiſti? facultates, potentias, earundemque organa in medium attuliſti? reſponde, quid taces? quid ſuperbis ſuada? cede cede mihi, ſine meo ſodalitio haud Medicina viuit, ſine tui ſodalitio viuit, exultat.

Sed quos ehu clamores audio, quæ bella intueor, quæ certamina ſentio? En Arithmetica ſuos iactat rythmos, ſuas exaltat ſymmetrias, æqualitates monſtrat, longitudines metatur, quantitates propalat, numeros oſtendit, pares impareſque patefacit dies. Aſtronomia ſuo gaudet Arcturo, ſua promulgat ſolſtitia, æquinoctia, Pleiadum docet ortum, occaſum, rugientem indicat Canem, ſicque modo iniungenda, modo prohibenda pharmaca clamat, modo venam pertundendam, modo haud tangendam eſſe ſignificat. Ipſa ſic vomi-

toria imperat, ipsa prohibet, ipsa secandos modo exoptat artus, modo abstinendum esse declarat.

O terque quaterq; felicem Medicinam, dum tot nobiles habes ancillas, vendicas famulatus. Pudeat ergo Momum, pudeat inquam dum Medicinæ millia mille non præbet tributa. Tædeat Momum, tædeat inquam, dum eidem non millia mille decantat præconia; cum tamen cernat huic soli terrarum orbem plaudere, obsequia dare, componere serta, carmina pangere.

Sed vbi vbi estis Vestales Virgines Latinæ? vbi moram protrahitis? vbi dicite mihi, vbi vbi estis? Ab Elisijs discedite campis, Acherontis vndas, iterum atque iterum findite, Latium Charontis cymbam dirigite, Vrbem petite, anhelate sacra, vbi olim concinere non veriræ, Apollo Medice, Apollo Pæan, nunc Pæoniæ huic scientiæ easdem potestis iterum con-

concinere laudes.

Sed quid Vestales indigito Vir. gines? Medicinæ præconia soluscō cinat Diogenes ille Synopęus, qui tunc hominem sapientissimum inclamabat animal, cum illum Medicinæ intuebatur asseclam: ob idque forte Lycon ille Astianax Midam, Pasitemimue innumeris decorauit insignibus; ob id Alexander Philippum innumeris di tauit honoribus; ob id Athenienses Hippolytū Medicinæ Magistrū aurea corona mille pondo donarunt; ob id tandem alij eidem aureas statuas erigentes, Diuini dedere nomenclaturam.

O Medicinam omnium virtutum Regiam, omnium scientiarum thronum, omnium præconiorum coronidem. Ipsa sola è suo fœcundissimo gremio eximere potest heroes Hercules, Atlātes scientiarum. E sui gremio nō è cerebro Iouis emergit Minerua, è suo sinu omnes virtutes emanant

nant. Ipſa temperantiam docet, liberalitatem enutrit, Prudentiã lactat, & optimos mores ſuſtentat. Videte Auditores Cardanũ, & Medicum vobis morigeratum obijciet: intuemini Ciceronem, & illum indicabit prudentem: perlegite Celſum, & liberalem oſtendet: attendite Rhaſim, & temperantem prædicabit.

Quid plura? ipſa omnia cognoſcit, omnia trutinat, nil ignorat; mente cœlum ſcandit, & cęleſtia librat; peruadit aerem, & volatilia penſat; tranat mare, & aquatilia conſiderat; Terram perambulat, & omnia reptilia cognoſcit; os hominẽ mentis oculis intuetur, & illum microcoſmum indigitans, macrocoſmo correſpondere decantat; eumq; vel exactiſſime rependens, oſſibus, villis, meningibus, venis, neruis, & arteriis confectum inſpectat; viſceribus, glandulis, muſculis refertum contemplatur; ſic

que horum omnium parenchyma ſitum, ſympathiam, vſumue, denique pendet.

Is morborum agnoſcit diſcrimina, inſidias, potentias, iſque ſolus deſtruit hoſtili medicaminũ ope potentias, detegit remediis inſidias, exterminat agnitione diſcrimina. Is tempori varia tempora ſancit, præteritum proponit, obiicit præſens, futurum obiectat, futurum præcognoſcit, pręſens dicit, præteritum præſagit. Quid plura concupitis? ambitis portenta.

Quoties nè (& non eſt id prodigium ſanguis intra venarum carceres coercitus, redditus impatiens longiores non ſuſtinens moras, rumpens venarum repagula, quaſi cancellos; exilit furẽs, perq; nares irrumpens, libertatẽ anhelans, proprii carceris, corporis inquam procurat ruinam, ni accurrens Medicina furorem compeſcat, fręnet audaciam,

 eun-

eundemque arctis retineat habenis?

Quoties ne (& non est prodigium) venenifer pestilentialis ardoris anguis debaccatur, ac venenifero halitu aerem inficit, & neces intendit; labefactat spiritus, & vitam debilitat, cor aggreditur, & illud eneruat, & tamen Medicina ab Apolline Pythonis necem addiscens, est conscia deturbare alexipharmacis venenum, est apta alexiteriis angui conterere caput.

Quoties ne (& non est id mirandum? ad cerebrum igneus vapor ascendit, illudq; ita deturbat, vt modò conuulsionibus quatiat, succusset deliriis, tremoribus debilitet, frangat torporibus, furoribus angat; & tamen etiam Medicinam cernimus vaporum impetum retundere, aliò reuellere, eorundem edomare perniciem, sicq; se manifestare victricem, cerebrum pandere incolume.

ce-

Cedite ergo Pæoniæ huic scientiæ, cedite Momi, ab illa iniurias arcete, maledicta seiungite, cum eadem tot gaudeat præconijs, laudibus exultet, nobilis emergat, sitque nata scientia.

Scientiam dixi, nec id fortuna, sed merito; nec id casu. sed debito; Perpetuum, ac immutabile amat obiectum scientia, non denego, perennat, vt obiectum Medicina corpus, illudq; ab indiuiduatione seiungens mutationibus haudquaquam videt obnoxium. Rerum causas inuestigat scientia, nil habet Medicina sine causa prolatum. Euidentiæ certitudiniq; ninitur scientia, haud dubia sancit Medicina principia, contraria contrariis non semel apponens. Passionum inuentione gaudet scientia; ijsdem exultat Medicina: corpus enim vel sanitatis, vel ægritudinis capax rependet, corpus pariter in neutrã cadens diatesim quoque recen-

ſet. quid plura?

Omnium quę diximus habitū ſcientia intellectiuæ reponit potentiæ, eundem habitum non explodit Medicina, aſſenſibus, quam diſſenſibus non minus intellectum parturiens idoneum. Abſtrahit ſcientia à ſingularibus, ſingularibus non immergitur Medicina, vniuerſalia penſans. Siſtit in ſola cognitione ſcientia, à ſola cognitione non recedit Medicina in ſolius veritatis circa obiectum notione quieſcens. Horret ab opere ſcientia, ſine hoc opere viuit Medicina, ſui gratia natales inſtituit ſcientia, ſine ſui gratia Medicina ſuperbit. eaq; ſi non rarò ad praxim redire cogatur, practicæ potius ſcientiæ, quam Artis nomen aſciſcit.

Sèd proh ſcelus: adhuc inſaniunt Momi, adhuc velut moloſſi in Medicinam ſæuiunt; illamque fœditate commaculant, dum excrementorum viſionem anhelat,

lat. O Momorum cæcitatem, Medicinę pietas, vulgum potest ingrati animi labe fœdare. Eiusdẽ tenella in homines conditio, crudelitatem sibi incalat, conuocat maledicta; proh dolor: non curãt Medici (vt Tiraquellus aiebat) è sua declinare dignitate, modo è mortis faucibus mortales eripiãt iidemque linguis in eos iaciunt venena. Honoris nescio quid Medici ab excremẽtorum inspectione vendicant, vt volebat Fernellius futura quidem presagiendo, hi tamen eorum maiestatem variis fœdant flagitijs: Lotium non denego Medicus inspicit, ex eoq; modò naturæ palmã, modò morbi declarat triumphum; Cernit eiusdem coctiones; illasq; naturæ trophæa iactare significat, si tempestiuæ; morbi victoriam indicare si intempestiuæ colluxerint. Eiusdem cruditates inspectat, illasque calori necem, naturæ im-

becillitatem minari promulgat.

Colorum miratur varietates, ancipitemque morbi victoriam demonstrat, tenuitatem inspicit, ac primigenii caloris pauperiem, viarum infarctum, humorum ad cerebrum commeatum ostendit. Crassitiem intuetur, eamque vel vagos humores existere, vel aliquam coctionem naturam aggredi, vel materias pharmaco deturbandas esse testatur.

Quid aliud habetis obiiciendũ Momi? Quo alio crimine fœdandam creditis Medicinam, an fortè quia Aristogenem illum Coridiũ, & Philipp i Deiotari seruum Medicinæ operam nauasse vidistis? Et quis asserit seruos à liberalibus studijs arcendos si multos accipimus ad supernum vsq; Physicæ, & aliarum scientiarum fastìgium euectos.

An vero opinionum arguetis va-

varietatē, Medicorū errata, Artis denique nomen. Non Artis vos debet terrere nomen, cum vel dicente Mercato, ab eo quod vulgarius apparet, facultates nomen asciscāt: non errorum numerus, cum nemo sit adeo perfectus sagittarius, quin aliquando aberret à scopo. Non opinionum varietas cum in dies Philosophorū cernamus pugnas, Iurisperitorū diffidia, ac Theologorum certamina. Haud vnum obiectum sanxere Theologi, Non eandem Philosophi statuere principia. Non Medici tandem vnum posuere subiectum.

Eia ergo ô Medici Medicinę superbiamus scientia, lasciuiat mēs vel illius imbuta præceptis, ac eiusdem dignitate gestiat, saliat, lætetur, exultet. Ea namque nobiles est sortita natales, Musarum superbit famulatu, à cunabulis scientiæ nomen asciuit.

Certate Momis, conferite dexteras, inhiate triumphis, anhelate adoreas, dicite Momis: cedite, cedite nobis, ac Medicinæ millia mille parate trophæa, Medicinæ millia mille aptate tributa.



A D

AD ILLVSTRISSIMVM
Dominum

FERRANTEM CAPONEM

V. I. D.

IVL. CAESAR BENEDICTVS



Haletem olim rogatũ, quid esset difficile, quid facile, respondentem accipimus, arduum se ipsum nosse, facile alterum admonere; indeque stupori haud hæreo; dum me ipsum ignorando, non meo me pede sum metitus; sicque Famæ alis me lucubrando conuestiens, vel ab audacia, cæsis alis, terræ cedere mire compellor. Cedere decreueram Morphæo, Phantaso, & Phabetori hæc mea quæ nunc

 scrip-

scripta promulgo, ac quæ Medicinam cælo nectebant verba, putaram obliuijs consecrare, quæ enim supra nos, nihil ad nos dicebat Socrates: at mihi sic cogitanti obiectatur Prometheus, qui haud phylautia deceptus, Mineruam in admeniculum accersiuit, vt ad cælum euolaret; vnde scrutanti mihi quem possem fulcientẽ habere, Illustrissima sua dominatio statim occurrit, quæ posset me velut Minerua fulcire sustinere; non enim minus est natalibus, quàm virtutibus illustris, non minus orbi terrarum sagata illucet, quam togata non minus armis præfulget, quam sapientia donatur; vnde sic tibi innixus haud paueo hostium succussationes, maledicentium ictus; Ferrãtem enim habeo, qui me fert ante, mihique calcar capto iungit itineri aiendo. Fer antè cæptum opus, ne retracedas; nam ego illud mea tuear fortitudine, inte-

me-


meratumq; reddam sapientia. Te ergo anhelo, te suspiro, tibi inhio, vt quam Medicinam Cœlo similem reddidi, non absimilem alijs persuadeas, sed sustineas, doceas, inflictamque ab indocta plebecula labem nobili tuo arceas patrocinio, quod spero, quod ambio.

PRAEFATIO

Habita apud Romanam Sapientiam in Studiorum principio in explicatione aphorismorum.

Quod Medicina sit Cælum sydereum.

DISCVRSVS III.



Xcelsam hanc quam molem intuemur, in numeris nescio an dixerim donatam sy deribus, an influxibus refertam, nostrorum lumină astris, astrale Cœlum configurantem, quis mirabitur, & non admirabitur, quis cernet, & non cernuus existet? en vix, ac ne vix quidem tuo obiectatur obtutui, dum vel exigua, vel è plebecula

lumina suorum luminum aciem acuūt ad suffigēdū intuitum; vix ac ne vix quidē oculos obijcere cōtendis, dū maiora contendunt lumina maiori te lumine allicere, en tandem vix sphæris oculis inhias, dum Apollineum astrum aureis circumdatum radiis, radiante fulgore donatum, vel Cœlum fulgidis delineat vestigijs, vel lucis gradu eclypticam peragrās, semitam configurat auream; imò aurato pede Zodiaci fasciam peragrans, eandem vel reddit argentatam lucē, vel auratam radijs, sicque singulas eiusdem domos inuisens, easdem lucis inaurans penicillo, vel habitantia lumina tributaria pariter reddit: En enim eidem tum erronea, tum fixa sydera subsunt, en eidem parant obsequia arietes, Tauri, Gemelli, Cancri, Leones, Virgines, Libræ, Scorpij, Sagittarij, Capri, Aquarij, Pisces. En eidem Oriones, Delphini, Liræ, Cometæ, nec

Castores, atque Polluces, tributa persoluunt: Sed proh Deum immortalem, quid intueor? quid aspecto? (Mirabile dictù Auditores) en intueor in hoc Cœlo non denego errôneos Planetas, scintillantia lumina, Iunonis lac galaxiæ expressum viç, Zodiaci cristallinam fasciam, Eclypticam, Polos, argenteam lunę lampadé, auream solis facem, & quid plura? immò (& quod miror) plura coniicio, maiora contemplor; dum enim vlterius diuagatur obtutus, dum vlterius se se insinuat oculus, en vel inter lumina perenni quodam rotatu velut homines circumrotari perpendo; sed sydereo cõuestitos amictu; astrali indusio refertos, en ex vna parte Chyrones, Podalirios, Aesculapios, ex altera vero Machaones, Peones pariter inspecto. Sed fieri haud potest quin stupori nunc hæream infixus altissimo, quin vos sic compellem Auditores.

Non

Non ne Aesculapij, Podalirij, Pęones, vel è terræ profluxerunt gremio, vel è luto traxere primordia? Qui fieri valet, vt astrorum redoleant imaginem, rotentur sphæris, Numina referant? Qui fieri valet, vt mortali deposito amictu, immortalitatem sint nacti? Dic mihi tu quæso ò Meditrina quando nam didicisti velut Metra in cœlestes te commutare circuitus? quādonam dicite mihi Aesculapii, Podalirii, Pæones, vel. vt Protei, Vertumnique vos in astra conuertere potuistis? Quis te Meditrina è solo subripuit in Cœlis substentaturus? Quis vos Podalirios Pæones è terræ centro eruit, in sphærarum circumferentiam elaturus? Titonus immortalitatem est consequutus, sed illum ad Cœlum roscida traxerat coniux, Hercules in Cœlum ascēdit, sed illum Iuppiter in cœlestes rapuit oras; Iulius Cęsar mortalibus depositis indusijs non sine

Ve-

Veneris aliorumq; Deorum ope versus est in sydus: Sed audio respondentem Apollinem Medicos semetipsum in astra conuertisse hæc astra Medicinam configurasse Cœlum. Medicinam ergò hodierna luce configurabo Cœlū, Medicos astra, vtraq; astrale Cœlum configurabo. Huic ergo Cęlo sydereo vestrum suffigite intuitum adolescentes, hoc Cœlum venereminí, nam dum vos illud benignè perpenditis, pro viribus ego illud vobis demonstrabo clarum, nobile pandam.

Cœlum meritò dixi est Medicina, cum vel è summis sphęris suã vendicarit originem, eaq; non minus Cœlo potestare donetur; si Cœlum namq; è suo adamantino gremio coruscum iubar emittit, Apollineum parturit sydus; en è Medicinę Cœlo, velut radiante Apollinis sinu Medicorum lux pariter erumpit; si tremulum Apollo lampum, vel astris impartit,

en Apollineus partus, vel scintillantibus Medicorum luminibus lumina partit. Si Medici Cœli lumine, ac motu mouentur omnia exultare videntur. Si prata per Cœlum rident, exultant flores subsultant herbæ, roremque vel ab aurora rorante smaragdinis, quasi labellis suauiter lambunt: En medici cœli lumine mortales reuiuiscunt, primigenius exultat calor, subsultant spiritus, facultates vigent, viret animus, & penè exanime tandem corpus reuirescit. Si Cœlum benigniter influit, perennes parit influxus? Si Cœlum perenniter quidem operando, vel nostri Microcosmi nobis circumrotat vecissitudines, en Medicinæ Cœlum, vel perenniter quidem operando, vel nostri Microcosmi varietates ostendit; si Cœlum tandem exultat se Apollinem, vt filium peperisse, en Medicinæ Cœlum gloriatur dū ab Apolline tanquam proprio ge-

nitore natales asciuit: Tanto ergo parenti concinamus adolescẽtes melo dulcisono Pęan, tantum genitorem aiamus nostrum nobilitasse Cœlum. Quis enim illud haud nobile dicet, si Apollineum si Mundi gemellum, si diuinum? diuinum, dum ab altissimo manat Medicina. mundanæ vetustatis gemellum, cum natum cernamus cum oriente mundo. Apollineum, dum eius ditioni subijcitur. Quid mirandum ergò huic Cœlo addictos, vnaq; tributarios tributantem habuisse Apollinem, dum mortali ijdem conuestiti amictu, immortalitatem sunt nacti, fragilitati subiecti, stabilitatem adepti. sub temporis imperio gementes, temporis imperiũ consequunti: Sed eheu, eheu mihi, quid intueor? quid inspicio? En mihi (præ pauore non audeo) en mihi fit obuium horribile monstrum, excarne, falciferum, penitus osseum, orbatum spiritu,

lumi-

luminibus viduatum, pallidum, nigris conuestitum alis, cuius osseum simulacrm ni fallor, mortis lethique redolet imaginem, ac horribilem per excarne guttur sonitum edens, sic me arguit, increpat: Quid Apollinem nuncupas? quid eundem appellas? Adhuc ignoras me hac falce Machaonibus recidisse filum, sed iisdem velut Thæseum dedisse fila, vt è mortalibus se se eximerent labyrinthis? An te fugit, me Podalirios ad Hesperum, occasum nempè transuexisse, vt Phosphorum immortalitatis vendicarent? An tandem immemor existis me Chironi hydram obuiam fecisse, vt eiusdem sanguine, eodem enecto immortalitatem asciret in Cœlis? Et tamen (ó ingrati animi perfidiam) vel omnibus timorem incutio, vel ab omnibus reformidor: Sed vade vade infœlix monstrum, recede à me, recede, nam vel in tuo recessu, non recedam,

quia

quin dicam: O felicem Chironē ò fatalem interitum, ō faustam pariterHydram,dum spiculo saucia Chironem sauciasti, eundemque dum tuo cruentasti cruore, sacrificium Apollini fecisti cruētum, vt vel eundem Chironem in Cælum raperes immortalem; quem Hydrę reuolutum, dixisse sic mihi suadeo. O fatale mihi lerneum vndique monstrum: O faustam meis euentibus Hydram. animo flagrauite, vel mortis flagris cædere velle, flagrasti tu, vel in me tuo eiaculato sanguine cedentem pariter reddere. Credidi te vulnerare sagitta, sagitta me reddidit tuo vulnere mortuum. Me suppungebat mors, vt te suæ ditioni pararem. Tu me morti tributa soluere compulisti. Speraui tuo sanguine mihi parare trophæum, Tuus sanguis me reddidit tuo vulnere mortuum;sed agè agè vt tuo sanguine peream, nam me perimendo, mortem perimo,

Cœlum adeo, astra colo, immortalitate conuestior. O felicem repetam Chironem, dum Cœlum nactus presulges astrum, sagittis insignis, sagittarius existis, sagittarius existens, vel Iouem recipis vt in sua vtique domo, vnde potes, vel exultabundus asserere. Mi genus ab Ioue summo. Perdantur ergo, dispereant Momi, qui vel liuore perciti, vel ira suppuncti, tam nobile cęlum haud desinunt maledictis lacessere, Theonino dente discerpere, nam vel vnica Chironis sagitta temeritatis dabunt pœnas, pœnis ingemiscent. sed quid dicitis Momi, quid dicitis? in hoc Cęlo adesse Scorpiones, Hydras, Dracones, Leones, Canes? & non canitis ibidem adesse lucidas liras, fidiculas, Hesperos? Quid dicitis hoc Cęlum haud haud sublimes sortitum esse natales? & nescitis illud ab altissimo sane manare? Quid dicitis hoc Cœlum in vilibus quibusdam vi-

 sen-

sendis euilescere, & non creditis illud ab his ad diuina præsagienda transire? Quid dicitis huius Celi sydera necessitatis gratia esse honoribus cohonestanda? & nescitis necessitatem legem non habere, sed Medicinæ dignitatē, sed huius Cœli potentiam imponere legem legibus dandi eidem honores? Quid huic Cœlo tandē imponitis, illud nempe haud nobilibus constare syderibus? sed à vobis silentio seruitus imponatur, dum vel prima mundi lumina in hoc Celo fulserūt. Subueniāt quę sò vobis Platones, Pythagoræ, Speusippi, Epicharmi, Alcmæones, Theophrasti, Aristoteles, Heraclides, Apollonii Tianæi, Epimenides, & innumeri alii. Sub ueniant Alexandri illi Macedones, Lisimachi, Antiochi, Dionysii, Massinissæ, Attali, Cedami, Climenes, Ptolemæi, Agrippę, & Auicennæ: Adhuc plures dinumerabo Cæsares illos Augustos

ſtos, Tiberium, Neronem, Adrianum, Titum, Conſtantinum, Iuſtinum; adhuc plures dinumerabo Nicolaos illos, Ioannes, Euſebios, alioſque Pontifices, quos lubenter dinumerarem, ni eorũ obſtaret multitudo. Eia agite ò Momi, veſtros ori cum Harpocrate digitos ponite, & cum Hiparchione ſilete, ne amplius tam nobile Cęlum veſtris cloacetis quiſquiliis, liuore contemeretis; nam non deerunt Apollines, qui veritatis radijs veſtras delere maculas haud fuerint veriti. Audite Plutarcum, & dicet vobis: *Medicina ſic eſt de genere artium liberalium, vt politiæ ſplendore, ac iuccunditate nulla ſit inferior.* Perſentite Hipolitum Obiicium, & dicet vobis: *Medicus, quia Philoſophus nobilia pertractat de elementis, de homine, de Cœlo, de Anima, de Angelis, de Deo.* Audite Caſſiodorum, & dicet vobis. *Inter vtiliſſimas artes, quas*
ad

ad subſtentandam humanę fragilitatis indigentiam diuina tribuerunt, nulla videtur præſtare aliquid ſimile, quam quod poteſt auxiliaris Medicina conferre. Adi te Baſilium Magnum, & dicet vobis. *Cum corpus diſpoſitum affectibus, varijs detrimentis affligatur, ars Medica à gubernante totam vitam noſtram nobis eſt conceſſa.* O Deum immortalem, hic opus haberem Cicerone, Demoſtene, Themiſtocle, qui hoc Cœlum, quod vobis propono nobile, ac clarum demonſtrarent; ſed quid Cicerones dixi quid Demoſtenes? quid Themiſtocles? non eget tropis, aut figuris, quod per ſe clarum exiſtit. Dicite mihi ò Rhectores, Arithmetici, Geometræ, Philoſophi Mathematici, non ne hoc Cœlũ, quod vobis propono nobile obiectatur, excelſum? Qui fieri valet vt huic Cœlo nõ paretis obſequia, nõ obtẽperetis, nõ ancillemini? Huic
Cœlo

Cęlo aiebat Mōtuus omnes, hai c inferuiuerit scientię. Huic Cœlo aię bat Scaliger, uel Enciclopedia tributa persoluit, ab hoc Cœlo exilium Mercurii, profiliunt Mineruę, ab hoc Cœlo dumtaxat scientiæ agnoscunt primordia, per hoc Cœlum viuimus, in hoc Cœlo sanescimus. Angeris ne curis, hoc inuoca Cœlū. Siti torqueris, hoc tibi limpidas offert aquas, dolore fatiscis, hoc tibi spōdet quietem; Timore lacessiris, hoc te a pauore seiungit. Quid plura? an te morbi dancinant, recurre ad hoc Cęlum, salutem desperas hoc Cœlum anhela, anhelas vitę diuturnitatem, huic inhia Cœlo, vitam ducere cupis hoc inspice Cęlum; tendis ad interitum hoc inuoca Cœlum; nam vel tuis precibus accurret, vel te è mortis faucibus eripiet. Xenophanem quęsò vos exposcite Auditores, & dicet vobis Aesculapium tantum cæteris præstitisse; vt non satis ei

visum fuerit profligare morbos, ni quendam pœne mortis faucibus deglutitum subripuisset ab aluo, ò Medici huius Cœli excellentiam, ò excellentia huius Medici Cœli sydera, dum potestis penè extinctos reuocare homines, quod non est datum hominibus, est datum Cœlo est datũ Diis. Fingite ob id quęsò vos extinctum mortis falce Iuuenem qui humi iaceat voce destitutus, sine spiritu, cui pallore sint tinctę genæ, emortua labella, oculorum lumina, penitus illumina, tensę aures, squallida cutis, excarne corpus, hispidum, nigrum, exanime, cui tandem facies sit velut vmbris meltificata laruali-bus, fingite inquam istum in hoc solo carneam duntaxat dereliquisse molem, animam iam iam Carontis cymbam ingressum stigias, vndas tranare, lethe fluuium traijcere, orbis terrarum penitus immemorem; quis dicite mihi hunc

hunc rependens iuuenem, non eundem vt desperatum deploraret, quis hunc adolescentem intuens, non eundem è vitæ finibus seiungeret, non vitę iudicaret expem. Tangite illum, & inspectabitis sensus expertem. Miremini eundem, & velut marmor immobilis elucescet, palpate corpus, & algidum sentietur. Concutite ad excitandum, nam vel æterno eundem consopitum veterno experiemini. Contrectate quassate, nam vel vestris quassibus obdurescet, nullumq; alium experietur motum, quam illum quem violentia dedit. Conuocate, erigite, impellite. nam vel recidet mortuus, extinctusque responsa negabit. Sed respondete mihi, cuinam ex vobis sat est animus eundem vitalem efficere, eundem reddere rediuiuum? est ne vestrum aliquis? respondete: sed audio quendam dicentem, quid ardua dicis? quid

possibilia machinaris? cum homines ad vitam reuocare diuinitatem sapiat, & tamen ò Medici Cœli prodigia, non defuit, qui eundem, si fabulas, & gentium figmenta credimus, rediuiuum reddiderit, non abfuit qui exanimato corpori vocem reuocarit, spiritum afflarit, illudq; vel animatum reddiderit. Eia agite ò extincti olim Androgei ò inhumati Hipoliti, ò mortui Glauci, ò exanimes Tindari, agite, inquã reuocate spiritum, reserate, vel (inuita libitina) pariter vrnas, subsilite foras, ac dicite mihi, quisnam vos olim reuocauit ab orco? quis vos ab Auerni retraxit oris? en en respondet Androgeus, Aesculapius, en en quasi Echo vocem ingeminat Hipolitus, Aesculapius. Quis te virum iam iam mortis falce recisum à Diogene relatum suscitauit? respondet Empedocles. quis te virum elatum, comploratumq; e rogo domum

redu-

reduxit? respondet Asclepiades. quis te tandem Tilonem à Xanto decantatum vita restituit? respõdet balis herba. Quid dicitis Auditores? non ne hoc Cœlum nobile, clarum? dum mirabilia pręstat, dum huius Medici Cœli sydera mirabiles gignunt effectus? sed audio quendam ex horum laterum vno dicentem; quid chimerica adducis? adhuc ignoras hæc omnia esse figmenta, Poetarumque mendacia, non denego hęc omnia esse nugas, Poetarũque garrulitates; non enim mortales à nobis suscitari vtique valent, sed antequam fato cedant; cederent autem sępè sæpius ni medica arte morbis occurreretur mortiferis? non ne syncopes, strãgulatus, Apoplexię, aliaq; innumera mala, vel extemplò homines morti obsignarent, ni huius Medici Cœli sydera eorum adminiculis exituro iam spiritui signacula ponerent? quid ergo sine

D 3 Apol-

Apollineo iubare mundus? immundus responderem: quid sine hoc Cœlo terrarum orbis extitisset, exorbitaret dicerem; quid sine hoc Cælo Minerua? eneruis viseretur, quid tandem sine hoc Cœlo Mars esset, sine arte promulgarem; non enim minus hoc Cęlum Mercurios educauit, quam Martes, non enim minus Medici in litterario gymnade, quam martiali agone fulsere: Subueniat quæsò vobis Chrysecorum vrbs illa vetustissima, quę nunquam fuimet ruinas esset experta, ni medica Pallas ab hoc Cęlo descendisset, non minus togata, quam sagata: en en copiæ vndequaq; illam obsidione vallarant, copiosæ phalanges dexteram con serere inhiabant, iā iam tuba eos dem ciebat ad pugnam, tympana bellico timpanizabant sonitu, galearum plumæ irę flaminibus excutiebantur, vexilla aerem quassantia ad pugnam quassabāt
ani-

animos, aer immugiebat bellico sonitu, solum tremebat martiali tumultu, obsessaque Vrbs tot bellicorum instrumentorum clangore pauefacta, non ob id haud parabat testudines, vineas, balistas, cocleas, Scorpiones, Sagittarios, quę omnia contemnens exercitus, ac in puluerem descendens, en en plumbeos è cauo ære globos eiectabat, sed obsessa Vrbs ijsdem propugnaculis obsistebat, ac dum impetum ferocientis cernebat perduellis, acuens ira ferociam in illum ferociebat; inhiabat hostis gradus ascendere, ascēsurus in aream, sed descendebat repulsus ab Vrbe, vel sine gradu præceps in humum. immugiebat aer collisorum ad inuicem ensiū fragore, reboabant vndiq; eiulantium militum voces, luctuosa suspiria.

Quosdam vidisses bombardarum ictu penitus extinctos quosdam abiecisse clypeos, alios

traiectos hastis, alios vulneratos ensium mucronibus, alios plumbeis, ignitisque pilis penitus discerptos: indeque inspectasses Cœlum obuelatum ignium fumis, è quibus grandinabant, quasi fulmina hostes enectura, igniti globuli eosdē in cineres redacturi, sed adhuc interriti, vel à fulminibus hostes, ac mortis impauidi, amabant sanguinem, anhelabant neces, inhiabant mortibus; adhuc inscii, vel in martiali hoc campo Ducem illuxisse haud imbellem, falciferum, Pestem, que pestifero halitu, quasi diris ensium mucronibus prosternebat viros, necabat milites, trucidabat exercitus; ac occidionibus Chrisecorum Vrbi parabat trophæa, aptabat triumphos. Hic vidisses, emortuorum cadauera, extinctos homines, emortuos milites: illic ferocientes sine militibus equos homines calcare, bellatores præmere. Hic vidisses huma·

ma·

mata ſpicula, diſiectos enſes, proſtratas haſtas, illic inſpectaſſes peſtiferum Ducem atrato vexillo repetere perduellium ſpolia, manubias, adoreas. hic tandem inſpexiſſes Chriſecorum vrbē quaſi gloriis onuſtam, decantare trophæa, prædicare victoriam. Sed ô Medici Cœli ſummam potētiā en e ſuo ſinu emittit Cryſum, & Elaphum Medicos ambos, eoſq; iubet in campum deſcendere mortis imaginem redolentes, accurrunt ambo, eidemq; pariter obtemperant, eoſdemque vix reſpexiſſes enſes euaginare, eiacula re medicaminum ſpicula; ac inſpectaſſes proſtratam peſtem, expugnatam mortē, vnde fortiores inſurgentes hoſtes, eidem propiùs accedunt, eandem adoriūtur, oppugnant, & expugnant: quid dicitis Auditores, nonne hoc Cœlum, quod vobis propono nobile obiectatur? dum tot Medicis parat trophęa, aptat trium-

phos. Dicat ergò Fallopius: Videte si fauerint antiquiorib. Medicis Dii, vt iis multarum regionum conseruationem commendarint; sine Podalirio, ac Machaone non potuit Troia expugnari, ac nisi cælebrem illum equum essent ingressi, adhuc fortassis incolumis esset Priami sedes. Hoc ergo Cœlum veneremini Adolescentes, huic Cœlo inhiate, hoc Cœlum attente contemplemini hoc cœlùm excolite, nam illud excolendo, cœlicolæ pręstiti, in astra conuersi, mecum asseuerare poteritis Medicinam esse astrale Cęlum, illudq. nobile, clarum.

Ad


Ad Perilluſtrem, & Excellentiſ-
ſimum Dominum

DOMINICVM

GVIDARELLIVM

Philoſoph. Med. & Vrbis
Archiatrum.

IVL. CAESAR BENEDICTVS



Cerrimum inſtare bellum, bellicos percipi tumultus, vitam vnà cum Arte, Occaſione, experientia, ac Iudicio altercari ſum intuitus; indeq; ex his omnes inhiare triumphis; Fieri haud potuit, quin iiſdem accurrens, non quæritarem arcere tumultus, bella ſeiungere. Fieri haud potuit, quin omnes arcto componerem vnaq; iungerem fœdere: omnes,

 vel

vel ad Apollinis Regiam ducent; vt suis promulgatis iuribus, iura repeterent. Iurarunt omnes ad inuicem nolle cedere palmas, sed vel Apollini velle vim vtique inferre, vt ab illo suffurarentur trophæa, triumphalem coronam eriperent. Hactenus omnes arctis rænis continui, ne amplius dimicarent, sed adhuc furiunt, fœrociunt, Apollineumq; campum proprio quærunt cruentare cruore. Mea nunc temporis fræna contemnunt, meas respuunt habenas, Proindeq; Te (mi Guidarelli) Arbitrum, tanquam nouũ Paridem sancio. Te Iudicem anhelo sapientem. Fulgidumq; ob tuam virtutem Apollinem habere suspiro; idque vt omnium dirimas iurgia, litesq; componas. Indecisas namq; reliquit iampridem Apollo, meq; ideò haud inoffensũ relinquunt, quin quasi Theonino feriant dente, Archilochiq; conterant pede, quia iisdem haudquaquam

quã iudicium, sed Iudicem dedi. Propala Tu interim ò Medicinæ Iudex, à Pæoniæ facultatis Apollo, cui hoc debeatur iudicium, nec permittas deprecor mea iisdem tradita iura vel à Zoilis derideri: Ne annuas Momos mea adminicula carpere, sed ea vel tua doctrina defende, tuere. Sic enim me vel vitæ, Artis, Occasionis, Experientiæ, iudiciiq; reddes amicũ; ac meos videberis hostes præmere, calcare. Eia ergò contere illos velut Pytones, ne amplius dirum ab ore euomant virus, nam ego haud verebor inoffensum. Nunc mea mentis partum diuagari per vrbem, errare per Orbem.


PRAE-

PRAEFATIO

Habita apud Romanam Sapientiam in Studiorum principio in explicatione aphorismorum.

Quid praeualeat vitane, Ars, occasio, experimentum, an Iudicium.

DISCVRSVS IIII.



Vandonam dicite mihi (Auditores praestãtissimi) quodnam Sapiẽtiae exedram estis intuiti Martis praestitam esse campum, Mercurii Regiam, Bellonae agonem, ac Suadae seu Eloquentiae sedem Palladis tronum? Quandonam inspectastis Martem non in bellica palèstra versari, sed litterario gymna-

de,

de, non certamina inire, sed disceptationes adire, non equum conscendere, sed cathedram scandere.

Vidistis ne vnquam Mineruæ hastam in Mercurii caducæum commutari, ensem in calamum loricas in togas, laureas in galeas libellos in arma, & atramentaria in clypeos? Vidistis ne vnquam Cynthum montem Apollini sacrum, conuersum esse in Rhòdopem soluentem Marti tributa? Tritonidis oras Palladis natales, in Cyllenem Arhadiæ montem, Mercurii sedem? & tandem Æpyrum Acchillis locum, in lycæum Musarum domicilium? vidistis ne, respondete, vidistis? haudquaquam vidistis: ipse (proh dolor) nunc video, dum in hac Apollinis ara prælia committi cõspicio, bellicos prosilire tumultus tumultuantes audiri strepitus, strepentes tympanorum sonitus. resonantes tãdem armorum motus,

tus, quot bella, quot prȩlia, quot pugnæ.

Hìc hic inſpecto quaſi Amazonio in monte bellatrices irrumpere Amazones, eaſque clypeatas, illic non imbelles miror bellatores ocreis munitos, loricatos. hìc ſtrenuas adſtare contemplor pluſquam Artemiſias, illic fortiſſimos velut Alcides; hic vita, Ars, & occaſio tela iaciunt, illìc experimentum, atque iudicium eadem ſpicula retorquent. Hìc vita, Ars, & occaſio victorias anhelant, illic experimentum, & Iudicium adoreas auent.

Hìc Vita Ars, & Occaſio conclamant ad arma, ad arma. Illìc experimentum, & Iudicium quaſi Echo reſonant ad arma, ad arma. Hic audio quiſq; ad pugnā exeat; bella cieat: illìc perſentio, certamina quiſq; ineat, conſerat dexteram; tandem hic omnes agminatim currunt, arma captant, & audaces inſurgunt aiendo: ecco

Mar-

Mente pugnemus, capessamus arma, armisq; nostra componamus iurgia, dissidia: Eia agite, eia ad arma, stringamus enses, iaciamus tela, anhelemus sanguinem, inhiemus mortibus, ad arma stringamus enses, iaciamus tela, anhelemus sanguinem, inhiemus mortibus, ad arma, ad arma.

Sed ehu, ehu mihi; ferum imminet prælium, cruenta pugna, funestus exitus: fieri haud potest quin citatissimo pede inter arma vadam; quin dicam: Sistite, sistite ò Vita; Ars; & occasio sistite gressum: Comprimite ò experimentum, ò Iudicium vestros cõprimite gradus; imponite quot quot estis fugacibus vestris pedibus frena, arma componite, pacate animos, quiescite iam, & vosmet rebus séruate secundis: quid sumitis arma, quid prælia initis, quid pugnas aditis? anceps est pugna, dubium est prælium, incertum

tum est bellum, ambigua victoria.

Noua ergo inite bella, nouum fit vobis præliandi genus, noua sumite arma, sint linguæ enses, sint plumbeæ pilæ verba, sint rationes vulnera, sint iura denique mortes; bellate sed citra cruorem; dimicate, sed eloquio, certate sed verbis; sic enim vobis pariter consulit Aristophanes aiendo:

Poscens consultans, & lingua prælia miscens.

Sic vobis suadet Vlysses, dum olim citrà cruorem vicit; citrà sanguinem victoriam reportauit. Quisquis ergo vestrum in puluerem descendat, sed litterarium, quisq; vestrum in arenam veniat sed Apollineam, vt vincat, vt pugnet; Venite omnes; ad Apollinem accedite, dicite, repetite, pandite, reserate vestra eidem merita, nam iisdem Astreæ läcibus libratis, non iniustè vestra pensabit iura, componet dissidia; sic

que

que ego dum vos causam referetis, à nobilissimo horum omnium consessu implorabo silentium, vt Apollini prçstiti consociales, iunctim possint propalare decretum; Venite, ergo venite.

[Sed en primo obtemperat vita, eaque fastu quodam incedens, viridi ad Apollinem accedit circũdata amictu, quasi candido loricata ferto, caput visitur semper uiui serlo, quasi galea redimitum plumeq; instar illud Phœnice ornatum gestat; dextera non ensē impugnat, sed liram, sed plectrũ; sinistra non clypeata, sed patera munita infantulo potum suppeditat. En en audax præstita haud veretur Apollinem sic alloqui. Ego, ego quçcunq; sim ab illa Chaos immensitate orta, à nihilo primordia agnoscens; essentia nunc donata, vel nascenti *M*undo sum elargita spiritum: Ego ego has rerum vicissitudines quibus Terrarum orbis refertur abundā

su-

ſuſtineo; motum mobilibus perenno, perennitatem generationibus impartio, ac qui è generatione aſſurgunt partus, omnes meo vitali enutrio lacte. Per me folia ſmaragdino colore ditantur, lilia Iunonis inſperguntur lacte, è viridi nexu emergit roſa Veneris cruore purpurata. per me flores in Floræ exultant gremio, Baccus e vitibus botros hauriens, dulce parat lyęum, Ceres meſſibus exũdat, diuitiis Iuno.

Per me Siluani, Panes, Fauni, Oreades, Satiri excurrunt nemora, geſtiunt in ſiluis, parant choręas, garriunt. Ego ego Glaucos Neptunos, Nereos, Proteos criſtallino in maris ſinu decumbere permitto, eoſq; mobili lectulo, vndoſoq; gurgite, quaſi cunis motatos per vndas laſciuire, vnaq; iocari concedo, ijſdemue, & cœtum, Phocas, Orcas, Pyſtres, Thinnos, & innumeros piſcium ſortes plauſitare non tenuo.

Per

Per me alitum Regina Tonantis auis explicatis vndiq; alis, vel aligerorum familiam sibi reddit ancillantem, propriamq; generositatem ad Cœlum euolitans, quasi Apollineo præliatura iubare, in conniuenti oculorum pupilla eidem pandit, vnàq; commonstrat; immò quodam fastu aerem circinando oculis rotat aeris vastitatem, eiusdemq; Dominam se se quod declarat.

Per me Minerua non minus visitur scientiarum, quam præliorum Præses.

Per me Flumina è cristallinis soluta compedibus, Naiadum turmis lubrica terga supponunt Doridi datura tributa; ac dum herbas roscido calcant pede, mollem parant lectulum Floræ, nobile texunt Cereri sertum; Castaliasq; peruadentia plagas Heliconis montem Apollinis iocum cõfigurant, Musisq; nectar parant suauissimum.

Per me etiam Mars videt Oceanum, vel Thetidis faciem hostiũ cruore fucatam; Amphitritidis gremium sustinere miratur spirãtes homines, palpitantia membra, extinctos equos, disiectos clypeos. Per me Astream inspectat lances equa lance retinere, libratura merita, datura sua vnicuiq; iura. Per me Meditrina intuetur ancillantes habere Aesculapios, Podalirios, Machaones. Peones, qui mei ipsius amore languentes me diuturniorem affectant, meq; vt breuiorem deplorant, indeq; Hipocratica voce conquæruntur vita breuis, vita breuis.

O Deum immortalem, hic vellem à sepulcralibus aris, a libitinæ sedibus Acchillem reuocare iam iam morte funestatum, nam vel laruatus exiliens, vel pullatus ascendens Homerico ore sic diceret: vellem potius super terram existens pauperrimo seruire viro, quam omnibus mortuis im

pe-

perare : ò quam bene Pluto id quoq; nobis exararet, mortuorum Rex, si posset ab Auerni vmbris ad vitę lucem remeare.

Ego, ego immortalitatem impartio, stabilitatem elargior, fœlicitatem promitto, senectam spōdeo, & viuere tandem suadeo.

Sed en vitę suorum prçconiorū præstitę prçconi, eiusdem tubæ quasi spiritum elidit Apollo, eandemq; sic arguit. Tuam iactas immortalitatem, ac cunas feretro iungis ? vt August. Tuam subtilitatem prædicas, & quasi procellosum pelagus irrequietum iactaris, vt aiebat Petronius. Tuam decantas fœlicitatem, & tota pœnis exsuberas, vt promulgauit Ambrosius. Senectam polliceris, & mortem mediis visceribus recondis, iunctoq; pede cum morte perambulas; vt Seneca voluit. Tuos iactas natales, illisq; Thraces plausitant luctu? Viuere suades, cum tamen mori satius esse

de-

decantarit Ambrosius: Quid ergo
iactabunda meedis. Quid gloriosa
perambulas?

Sed en sub tube rursus spiritũ
efflat vita, Apollini sic intonat:
Meam iactare nequeunt immortalitatem,
helluones, vel Sardanapali,
qui mortem nutriere fabuntis,
sed Ptolemei, Hippocrates,
Stagirite, qui vitam sustinuere
vigiliis, laboribus, lucubrationibus,
iisdemq; morte fugata
immortalitatem sunt consequuti.
Fœlicitatem, quam ego polliceor,
non fateantur Crœsi, vnaq;
Midę, quibus nec minus iuno diuitiarum
Dea nec Iuppiter potuerunt
eorum explere cupidinem;
Fateatur Diogenes, quem patera,
ac dolium fœlicissimum reddidere.

Senectam, quam spondeo haud
exarare contendant canam nutrientes
comam, ac viridem sustinentes
inscitiam, qui annis onusti
Iuuenes perierunt, qui aiente

tē Seneca extiterunt diù. non diù tamen vixerunt; see ii, vt volebat Socrates exiguum vixerunt tempus, annos vero multos, ac ob id eorum facta Aegyptij in dies albo signarunt lapillo.

Meos natales haud denego Thraces defleuerunt, non deplorarunt tamen Cyrus, Alcibiades, Alexander; qui vel ab ineunte ætate haud fuerunt nenijs contēti, sed Bellonæ bellicis se se aluere sonitibus. Pluribus, ac innumeris alijs me cohonestarem laudibus, ni earum obstaret multitudo; ni annosam inspectarem mulierem, quæ varia dextera tenère videtur instrumenta, sinistra flammam, eaque ni fallor, Artis refert imaginem, quæ sane me eidem dare compellit locum, non manus, proindeq; paucis his contenta prçconijs, recedam, non cedam.

Sed en vix vita recedit, dum Ars ad Apollinem accedit, eodē

que sic gemendo conqueritur; dixit satis abundè sua iura vita, quę quanta qualiaque sint, Apollineũ est diiudicare, sicuti tuum pariter est mea sentiendo, me non à primatu seiungere.

Dat omnibus vitam vita (non renuo) sed quam ipsa, vitam affectat, ego sustineo: Quærit Clotho è colo stamina mortalibus recidere, ego Thesei instar fili, mortales è Dędalicis morborum labyrinthis eripio, ab innumeris malorum Mæandris lubenter extrico. Illa ab Enceladi voraginibus ignem eructat, voratura, vel hominum medullas, ego, velut Promætheus è cœlesti face suffuror ignes: animam infusura mortalibus. Illa sicut hydra lernea pessimum eructat virus, vt omnes Chirones, perimat, necet. Ego vt Alcides eidem concremo thyrsum, ne veneniferam nobis luem impartiat.

Gloriatur vita se se pelago im-

merſiſſe Neptunos, Nereos, Protheos, Thetides: me ipſam iacto, dum omnibus his fræna conpono, dum profundiſſimũ pelagus meæ ditioni ſubiicio: Furat iſtud vndarum rabie, ferociat fluctuum ferocia, ſpumet ira, ac Galatheæ thronum adaptet. Tremat vndoſo vtique dorſo, ac Phocas excutiat, Orcas; ſe ſeque quaſſando, nunc Atlanticam (erigens caput) ſumat imaginem, ac Cœlũ petens eidem minetur; nunc Melicertę referens idolum ab Ino parente in imum præcipitati abyſſis bellum indicat; vim inferat vaſtiſſimo in ſinu volantia recondere ligna. Paueat Orithia Boreæ iterum raptum Aeolo ab Aeolijs antris furentes eycutiente flatus, ac preſtita; quaſi vnda inſana in Scyllas irrumpat, in Charybdes impingat, ſe ſe frangat ſcopulis, tãdemq; ferociens diſrumpat naues, diſcindat vela, diſperdere anhelet triremes, terreat piſcium exer-

citum, nam ego duntaxat coarctando vela, sustinendo triremes, clauumq; regendo, dò legem vndis, flamina fræno, Aeoliumque tetundo furorem.

Subsultent e Vesuuiano monte, non ceu Memnonio rogo exardentes fauillæ in aerē conuertendę, sed cremantes ignes, mortales deuoraturi, nam Ars non vt Aeneas Patrem Anchisem a Troianis eripiet ignibus, sed ignis frænabit rabiem, omnibus mortalibus securitatem præstitura.

Sæuiat aer, ac pestifero halitu Pythonis instar neces intendat, nam Ars sicut Apollo Pythonica put infringat, odoratisq; alexiteriis eiusdem edomabit perniciē.

Sterilescat terra siti dehiscens, pudore afficiatur, dum nuda visitur, destituta messibus, vidua ta floribus, expoliata herbulis, nam vel Ars pięstica pia, eiusdem lugendo miserias, ab Alphæo repetens tribura, non duris tandem

He-

Heliadum: sed mollibus lacrimulis irrorabit, sicque viridi conuestiet amictu, Cereremque vnàque Floram hilares messium, florumque vbertate vndique reddet.

Glorietur Perseus, obiectato Atlanti Gorgonis capite, eundem in montem commutasse; nam ego, vel terram reddo gigantem terrę superaddita mole. et tandem in montem attollo; non rarò illam exentero, ac in valles conuerto; nonnunquam velut Atlas Herculi non Cœlum obiicio regendum. sed eius dorsum molibus, arcubus obeliscis, Pyris, Columnis, turribus à me mire constructis, perbelle suppono, quid plura? maiora presto: ineffabilia perago.

Ego Athos amnem nauigabilē reddidi, Alpes aceto diuisi, Isthmos perfodere cœpi, lucrinum exsiccaui lacum, & tandem prima non vt Dædalus statuis dedi motum, sed metallis insensatis à Natura progenitis; Mirabilem

cernite quæso vos globulum illũ figuratum Kalibe, auricalco constructum, horologii nomenclatura donatum, illudque tunc animatũ inspectabitis, cum ego non minus Kalibem, quam auricalcũ in arcus commuto, traho in chordas, in rotas figuro, conuerto denique in dentes.

Dentes, qui velut Dragonis dẽtes a Cadmo enecti, in bellatores conuersi, mordent, ac dentium stridore, quasi tympanorum sonitu ad arma conuocant rotas, cient ad bella, rotæ quæ vel dentium impetum eludere tentantes, in dentes impingunt, & rotantur, continuoque rotatu chordas trahunt, ac laxant; vt modo impetant hostem, modo vulnera vitent; chordæ, quæ tendendo, quasi Bellonę arcus, hos cogunt emittere tela, quę feriunt. Proindeq; hic vides acuminatum sagittarii more ferrum, radii vocatum nomine, quod instar ge-

uc-

neralis Ducis lento quodam incedens gressu, chalibis rotundatam laminam, quasi Martialem peragrat campum, duodecim parat agmina, horarum nimirum signa, ponit custodem, ferrum nempè illud, tempus indigatum, quod huc illucque mouetur, ageres molitur, circulos illos horarum inditia custodientes, tormẽta limacum nomine dicta superimponit rotis, spicula arcubus, quę eorum mucronibus, dum tãgunt puncta, dant signa prçlij, tempora belli.

Attendunt agmina Ducem; eumque in medio eorum vix intuita, en committitur bellum, ac dentium stridore, quasi tormẽtorum bombo resonat aer, rotarum rotatu, quasi Aequitũ furore atteruntur exercitus, trahuntur chordæ, vt aduersantium totarum retundant impetum, catenent: vim inferunt arcubus, donec dimittant malleos, tela ia-

ciant, tangant scopum, feriant chalibem, resonent horæ, quę Famę more dent tubę spiritum, vt Ducem exaltent, qui triumphalem (tempus exsuperando) coronam reportauit. Quis non diceret hæc omnia esse animata? & tamen nil magis exanime chalibe auricalco.

Mussitare iam desinant garruli quidam homines, dum artem criminari contendunt, eandemque maledictis lacessunt; nam ego sũ omnibus omnia, atque omnium vna; ego enim nedum elementis fræna compono; sed dò leges hominibus, sancio statuta, statuo precepta, præcipio, iubeo, impero: immò hunc quem hominem vides, meę ditioni subiecto, illumque ab omni labe seiungo.

Vadant ergo in malam rem quidam Praxim factitantes, me ideò paruipendentes, quia Artis sunt indigi; quæ non calceorum attritu, sed mentis exercitio com-

pa-

paratur, quæ non omnes eodem calceat calopodio, sed distinguit tempora, morbos; quæ non casu, sed ratione denique incedit.

Quot homines ab innumera hac practicantium sorte peremptos referret Natura, si vel id posset præstita loquax exprimere. Quot promulgaret istorum errata, vel ab eadem Natura contecta. Quot peccata, quot neces; quot irrideret abusus, inania statuta, quanta tandem energia nobis decanraret, Arti magiss quã Praxi deberi; forsan à Roderico Castrensi edocta in suo Medico Politico sic Noster Galenus bene Artem praxi combinauit, dum easdem æqua lance coniunxit.

Sed en en quasi rabie percita fugax occasio, mihi iamiam dicẽti sic intonat: Sat prata biberũt, iam omnis à te reuolutus est lapis cede, recede, desine mea dicere iura, mea recolere meri-

ta, vt primatum valeam possidere.

Dicant mihi omnes quid sine occasione vita? quid Ars? vmbra, nihil: Ego enim duntaxat Arti tēpus subministro, vitę oportunitatem, quicquid enim oportunum visitur, sola peperit occasio. Ego enim in agendo, conficiendoque negotio præcipuum habeo momentum, & sine hoc momento, omnia, vel temporis momento collabuntur.

Hoc momento Pittacus Phrinonem Ducem Monomachia peremit. Cæsar Gallias subegit, orto inter Heduos, & Sequanos immanissimo bello. Octauius Cæsar Rempublicam tempestiuè adiutam pristinæ restituit libertati.

Hoc momento Troia Didonis, vel momentaneo adminiculo fuit nacta triumphum, sine quo extitisset hostium fortitudine triumphata. Fœlix ergo tempus,

fau-

faustum momentum occasio fortunata, qua omnia ex vota contingunt, omnia secunda.

Quis enim operandi tempus, existendi locum, ac perficiendi nos edocet opus, quis? en respondet Proclus occasio: quid confert ad cædenda ligna, frutices, herbas, recolligendis messibus, sationibus, insitionibus? Respondet Beroaldus occasio: Quis rerum omnium assequitur finem, culparũ vendicat indulgentiam, mæstitiãque sciungit? occasio respondet Pittacus Mitileneus: quid sine occasione afferent Martiales agones? Magnas clades respondet Cicero: quis dissoluit tyrannides? occasio dicit Menander: quid Medicinæ tandem perficit opera? Respondet Hippocrates occasio.

Faustam me omnibus repetit, faustam inquã me omnibus obiecto, sed potissimum Aesculapio,

Machaoni, quibus maximum affero emolumentum; ego in morbis acutis eadem die medicandũ doceo, ego cum Cardano, vel fugacem coctionem arripiendam esse suadeo; Ego in abdominis murmurilo pharmacum iniungo cum Hippocrate, Ego naturæ propensiones, motus, turgentias, vrgentias attendo, idque vel ab Ausonio edocta sic dicente. *Repetent cuncti, quotus quisq; offensam incidat; spectata cui non fuerit oportunitas temporis.*

Hanc oportunitatem, vel in cibis cõsiderauit elegantissimus Celsus aiendo: *optimum medicamentum cibus oportunè datus*, A qua oportunitate recedens olim Phylonis filia, apud Hipocratem, vltimum vidit diem. Plura dicerem innumera propalarem, ni experientia me ad recedendum compelleret, quæ supremo Apollinis Numini sic dicere incipit.

Ego sum illa tantopère ab on-

nosis celebrata vitis, vt me duntaxat in rebus principatum sustinere decantent; indeq; Pindarus tempus omnium parentem appellat, quod nihil haud fiat temporis progressu; sum nata ab annis, sumq; & senex, & sapiens, ob idq; Philosophorum Princeps temporis multitudinem experientiam parere 6.Ethic promulgauit. Gellius veritatem temporis filiã indigitauit, idque à Pindaro confirmatum cernimus aiente. *Posteri dies, sapientissimi testes*. Nec immeritò sanè: non enim vt aiebam momentum habeo parẽtem, sed tempus, sed Saturnum temporis auctorem; proindeque nonnullos, vt meos reiicio filios, qui absq; vllo tempore me experientiam matrem appellant, cum tamen vix Artium fores salutarint; vndè variis sum lacessita contumeliis; nam quemcunq, abusum experientiam appellant, quæcunque errata, ab vsu correctionem

ad-

admittere confitentur, prętiti iā rationis hostes, Artis perduelles.

Et tamen ego perenni Arti innixa inspector, quæ ex meo gremio prosiliit, traxitque natales; neque enim ego sine arte, nec ars sine me viuere valet; (Ego non denego) à singularibus pendeo, sed vniuersalia constituo: obseruationes, quęro, & dogmata sancio; nascor ab erroribus, & veritatem inuenio. Dicant id Philosophia, Mathematica, Medicina, quæ quamuis rationibus gaudeāt eandem tamen ab obseruatione natam intuentur.

Dicat ergo Iulius Frontutus: *Non trepidat de euentu inuentionis suæ, qui probatis eam experimentis comprobauit*; ; Dicat Chrysost. *Ars infœcunda est sine vsu*: Replicet Pont. *Ad maturitatem, & perfectionem vsus ipse, & exercitatio confert*. Dicat Plinius Iun. *omnis virtus in actione consistit*.

Re-

Repetat Tassus Hermioneus. *Experientia cæteris sapiĕtior exi- stit*: Dicat tandem Celsus: *Po- stea vsus ostendit, nihil ex his esse perpetuum*.

Sed ehu, quid intueor mira- bile dictù, en nudatum, vnàque annosum hominem miror, nor- mam sustinentem manibus, re- gulam, circinum, perpendiculũ quodue magis est, eundem Thau mantis filio, Iridi nempè superse- dentem inspecto, Iudicii referen- tem imaginem. qui Apollinem anhelans, ab eodem affectans triumphum, eidem sic afferit.

Haud potes Apollo mihi dene- gare trophæa, quamuis enim sim senex mecum pariter Iudicium consenuit, proindeq; cana hęc coma, quam vides, intemeratum me reddidit in iudicando, factum iam prudentię comes; Quæ intue ris lumina, quasi nimbis obuela- ta, concaua, velut cauernulis recondita, eadem mentis oculos

ma-

magis inclaruisse præsagiunt. Facies, quam vides rugis, vt foueis proscissam, fæcundiorem, quasi monstrat tellurem, vel variis fœcundatam seminibus, quæ optimas spondent recolligendas Iudicii messes: Barba, quæ mihi è mẽto propendet, non tot est referta scapillis, quot experientiis onusta annorum serie probatis; indeque um omnium sapientissimum, cũ Iudicium, vel decrescente virtute omnimode adolescat. *Non florescit vis animi* aiebat Plato, *ni virtus corporis deflorescat*;

Tempus ergo me genuit, aluit experientia, auxit ætas, rerum vicissitudines stabilem me peperunt, necessitas tolerans peregit versatum locorum varietas, seligens lectio diuersa, pericula audax, & hæc omnia tandem fœlicitatem in iudicando dederunt:

Dicat Arnaldus iudicium esse scientiarum fermentum, Demosthen. Iudiciorum fautem, Plato

 Rei-

Reipublicę ſtabilitatem, & Vrbiſ dispoſitionem, Cicero fortitudinis, & ſapientiæ domicilium, cũ nedum quid poſſim, ſed etiam quid debeam ponderem.

Sed, ehu quid audio, quid ſentio? en en Palladem ex vna parte percipio, me exprobrantem maledictis; ex altera Iunonem, me innumeris afficientem contumeliis: ambęq; earum deplorantes ſortẽ, ſic in verba prorumpunt; Normam ſuſtines iudicium, regulam circinum, perpendiculum, iam iam ſumus intuitæ, ſed ſine his aliorum merita pendes, illaq; inſanientis inſtar rependes; Senex exiſtis, & vt puer ſententiam promulgas, barbatum, incedis, & imberbis iudicas more.

Recole parumper Paridem illũ vel à Ioue maximo prępollentẽ iudicio iudicatum, manet alta mente repoſtum, iudicium Paridis: & illum cernes ſine iudicio veneri aureum elargitum fuiſſe

po-

pomum: Veneri ne? proh dolor Veneri dixi, libidinum Deæ, amoris magistræ, concupiscentiæ nutrici, vitiorum fomiti, & huic debetur à Paride pomũ? Veneri ne è spuma maris ortæ, omnium malorum origini, illecebrarum magistræ, lenociniorum Dominę, & huic debetur à Paride pomum? ò flagitium omni ęuo prædicandũ, ò infandum scælus.

Vade, vade ò Pallas sic mecũ ipsa deflebo, vade, & gloriare te esse è Iouis cerebro natam, pro Ioue interfecisse gigantem, gloriare te acu pingere, telam texere, omne indagasse lanificium, classica, leges. Gloriare te esse bellorum, ędificiorum, tibiarumque parentem, armorum, scientiarumq; Patronam, nam tandẽ non potiat pomo, non gaudebo munere, est enim à Paride traditum Veneri, ò iniustum iudiciũ, ō sine iudicio sententia.

Vade vade, en replicat Iuno, vade

vade, & tuam deplora miseriam, quid valuit me diuitiarum esse Deam, ab Amaltheæ cornu, vel omnia bona sublata dedisse mortalibus, Herculem lactasse, Cœloque formasse galaxiam: quid valuit me esse Iouis non minus sororem, quam coniugem, Cœlicolarũq. Reginam, si adhuc ego sum destituta pomo, sum viduata munere? ò sæuum iudicium, ò crudele decretum:

Sed ò Deum immortalem, en en humili voce Palladi, ac Iunoni Paridem sic respondentem percipio cum Ouidio: *quid deceat non videt, vllus amans:* Pulchriorẽ est mihi pollicita concubitum Venus, Amor è pharetra spicula trahens, meũ traiecit mortali vulnere pectus; mihiq; detorsit Iudicium, vnde cũ Propertio repetã.

Insano nemo in amore videt:

Parcite parcite furenti Paridi, parcite insano; Amorem, amorẽ incusate, non iudicium arguite,

pro-

proindeq; parcite mihi: Romũ nõ vobis vetuit Iudiciũ quod iustiñ, sed amor qui cæcus; dicite vt parcat Iuppiter, indulgeat Apollo, dicite, vt iudicio tanquã seniori det palmam, elargiatur triumphum.

Sed en Apollinem inter tot dissidia miror ancipitem, stuporiq; inhærentem altissimo, ac cui sententiam promulget non audet; vitam intuetur non inferiorem Arti, Artem, occasionem experiẽtiam non imparem iudicio, & iudicium nulli secundum, miratur, omnes sublimi voce dicentes mihi, mihi, mihi, mihi palma debetur; sicque dubius paulisper hæret, cui det sua vota, cui coronã impartiat. Sed quid anceps suspẽdis sententiam Apollo? quid paues, pende, rependè merita, ac iura, conuoca Astream, Iustitiã appella, sed quid Astream, quid Iustitiam dixi? INNOCENTIVM X. P. O. M. consule qui Vaticano inhærens vaticinabitur

cui

cui debeatur honos; is vitæ penſabit encomia ſuę vitæ candore, Artem ſuarum artium liberalium culmine, occaſionem varia expertus tempora, experientiam varios intuitus euentus, & iudicium ſui iudicii immenſitate: Is poterit tibi dare oleam, vt coronam contexas, aurea lilia, vt id ſapienter efficias, Columbam, quę te conuehat ad veritatis coronidem. Tantum ergo conſule virum,

Sed en meis dictis obtemperare videtur Apollo, ac quamuis fari voluiſſet, media in voce reſiſtit, indeque cum Achille Phęnici ab Agamemnone miſſo, ſic aſſerit.

Aurora vbi craſtina ſurget
Conſultabimus.

Attendite vita, Ars, Occaſio comitia; expectate conſilium experimentum, atque iuditium, ſic. enim cui debeatur palma, triūphus, inſtendetis. Egoq; dato decreto, illud ſequentibus vobis promulgabo diebus. Dicebam.

Illu-

Illustriss. ac Reuerendiss. D.

D. IO. BAPTISTAE

SPADAE LVCENSI

Sac. Aulæ Concistor. Aduocato, & Romani Archigymnasij Rectori Deputato.

IVL. CAESAR BENEDICTVS



Num quæritabam Theseum, qui Meleagro nedum adfuit in Apro Calidonio conficiendo, sed, & Pirothoo, cum Centauris, ac Herculi cum Amazonibus dimicanti: Dirum namq; mihi cum Archilo- co certamen instat, magnum cum Zoilis imminet bellum: bellant hi clandestinis linguarum armis, varijs digladiant obtrectationum hastis; hisq; cēsent reportare adoreas, ac laureas referre. E Martiali disedunt agone, vbi non aliū deuorarunt cibum, quam hostium cruo-

cruorem, vt in Mercurij euomãt campum, vtq; Suadæ Eloquentiæ Deæ commilitones, liuoris cruore commaculent. Proindeq; pauitans nonnullos, haud vereri nostra cõtemerare maledictis vtiq; scripta, meisq; vnà insidiari dictis, meas, haud vires sat esse coniiciens, non id absq. Theseo fieri posse decreui. Indeq; *cogitanti mihi, quisnam posset meus esse nunc Theseus, qui me ab hostibus arceret, qui me à linguarum mucronibus tueretur Tu duntaxat occurristi, qui Mineruæ Coriphæus existis, Antistites, Antesignanus, Theseus, quem crediderim nedum Auorum, Proauorumq: ensibus munitum, priscæ tuæ nobilitatis omnibus, posse vel meorum perduellium iram retundere audaciam terere, temeritatem extinguere, sed vel sapiẽtissimæ tuæ linguæ acumine, quasi diris ensium mucronibus, hostiles impetus debilitare, ac suæ doctrinæ dexteritate, dicendi munificẽ-*

tia, ac obſiſtendi potentia hoſtium delinire furorem. Accedant ergo liuore perciti Momi, ac quæ rudi Minerua contexere tentaui, ſine Arte prolata propalent: nam Tu duntaxat (mi Theſee) tuis infringes tuæ virtutis enſibus Momos, tua dicendi dexteritate calcabis. Sicq; hunc meum Panegiricum non abſque Theſeo inoffenſum ire permittes per ora virùm; quod vt peragere digneris Te enixè deprecor oro. Vale.


PRAE-

ORATIO HABITA,
Apud Velatorum Lyceum.

In laudem

Illustriss. & Excellentiss. D.
D. POMPEII COLVMNÆ
Gallicani Principis, & Zagaroli Ducis.

DISCVRSVS V.



Itanes olim Iouem iratum reddidere, dum Cęlum scandere propriis quæritarunt periculis, vnde pro Cælo abyssum repererunt, & pro Deitate pœnas exegerunt. Cęlum enim in eos potissimum sęuit, qui proteruiendo vltra vires Cœlo inhiant; non enim aduolatus inscius, ad cęlestia aduentare posse pręsumat: nec enim Ægei liquidos fluctus anhelare potest nauigandi vtiq; expers, quin vna accersat naufragia, vel secundis existentibus vndis, &

spumis suæ audacię vrnam confi-
guret: vnde nonnunquam spei ina
nibus enutritæ, desperatio solet ac
cedere, Idue quia eandem non mè
ritum, sed genuit temeritas Quã-
brem ab illo formidandus ascẽsus,
qui descensum vndiq; pauitat: &
qui temerè immortalitatem famæ
pennis perennare conflagrat, Libi-
tinę saxum elargitur eidem sepul-
chrum iabrefacturum. Quis ergo,
vel me temeritatis labe haud fœda
bit, dum hodierna luce Dędalicis
arreptis alis, volatum ad impossi-
bile dirigo? En ouans adoreas il-
lius reportare concupio, qui famę
tuba vndiq; resonat; nec intueor
currum quem ipsi fama pennata
figurat, vt trophæum, mihi vt meę
temeritatis phęretrum erigere; A-
pollinem inhio radiis circundare,
nec coniicio me eidem imbecilli-
tatis meæ nimbis eclypsim accerse
re; Pompeij[præconia non me amãt
velut præconem, sed eruditum cõ-
clamãt Oratorẽ, non elinguem ex
optant

optant hominem,sed eloquentem virum ; Non enim Columnę firmitate stabilitur,quod non aliud stabile agnoscit,pręter stantem inscitiam. Et idcirco qui se vndiq; sterilescere animaduertit, incassum illum obfirmare anhelat,qui fæcũda laudum semina diffundit,indeque prima horum apprehensio allicit linguę pœnas , quę eandẽ ad lucem euexit. Quicquid tamen sit ferocienti Fortunę meę sanè nauis vela committam, cum illa vel tranandi inscijs dũtaxat appareat secunda , inde cordi pericula haud pauenti vires impartiã, nõ inscius me dicendo meo funeri exordia cõ texere,sed quid?quis scit fortè Phęnicis instar exardescẽti meæ temeritatis rogo, inter inscitiæ cineres repetam vitam, meæq; obsecundandę cupidini media quæritabo. Sicque debilibus me dicendi modis dabo prædacem , meaque lingua, penicillo velut delineabo portentum , illudq; columnę colũnatum

tum referet insigne Plus vltrà: idque vt admirabile prodigium obiectando, sua velut in speculo vobis obiectet encomia; onus sanè sub quo ingemiscere, vel gigantes inspicimus.

Columna sanè quam licet Terrarum Orbis isq; nuper natus in lucem edidisset, gloriæ tamen corodinem nacta, maiorē vniuerso gloriam impartiit; non enim gloria ab alio vitam agnouit, quam ab oriēte Colūna, quæ vix ac ne vix quidem, infans, asciuit trophæa, genuitq; triumphos; idq; vt sibi Capitolium omnino subigeret, quod non alios adoreis erat conuestiturum, quam eos à quibus primitias vnaq; honores asciuerat; sique Mūdus Atlanticas vidit, duplicesque columnas duplici polo suffultas, palam omnibus facturus, ab ambobus hisce polis mundi spaciositatē sustineri, suam tamen Atlas gloriā diminutam inspexit, dum putās se Mundi molem posse suffulcire, se

vidit

vidit, ſub vnius mundi onere vndique gemere, non ob id tamẽ Romana ingemuit mundano ponderi columna, cum non illa mundo, ſed mundus illi inæqualis extiterit, proindeque Herculeis deleuit inſigne, ac ſua ſui ipſius magnitudine inſculpſit Plus vltra; ſe ſe eò mẽtis robore inſinuans, quò nulla corriuare poterat virtus. Haudquaquã pauitans feruentes vndas ira, cum maris iram Tridentifieri more ſua fortitudine delinierit, quinimò illud mare, quod Helenæ flãma feroc iebat, vndaſq; ad aſtra, vel ebulliens ſublimabat, imperium relatu rum; ſpumeum caput, vel in abyſſum vſque recondidit, ac humido, lubricoque tergo Columnam, vel inuitum ſanè ſuffulſit; quinimò quot ora reſerabat Aegeum, illam deuoraturum; tot eiuſmet furori leges imponebat. illegemq: compeſcebat vndam, & dum fluctuum fragore gloriam ſibi vendicare ſõniabat, illi reddebat exuuias, obii.

ciebatq; tributa: nec enim vnquã potuit vel Mars eandem ab humo diuellere, aut Neptunus vndam efficere sepulchralem, cum virtute sibi adeò validam struxisset molẽ, vt vel hostilibus succusationibus, nũquam vacillasse sit animaduersa. Quinimò velut Semiramidis murus, vel inconcussa semper emicuit, & Pindari velut fortissimum munimen exitit, dum adamante reuinctam columnã obtinuit;) quã sanè adamãtinam inspexit Terrarum Orbis, dum inexpugnabilem coniecit, & aliorum ictibus obsistẽtem: quinimò nec si Neades accederent, quos *Aelianus* animalia vasta magnitudine fecit, quorum voce rumperetur humus, Columnam, vel minimè quassarent: non enim vt *Iuuenalis* asserebat *conuulsa nunc marmora clamant*, nec enim vt narrat *Clearcus apud Zenodotum*, vel ipse Briareus, qui & Hercules est nuncupatus Herculeas fusurans Columnas, Romanã

possee

posset deturbare Columnam. Admirabile extitit Salomonis templum, sed hostis potestate dirutum in lapidicinam conuersum, saxa, vt idola plaudenda nobis obiecit. Vndè illud quod per Orbem gloriosū insonuerat, claudianum tonitrum retulit, lapidum coniectu. Idcircòque nostra duntaxat Columna glorias sibi perennandi conscia, nunquam vel amisit trophęa, vel est destituta triumphis, haud potens hostile genus illam euertere, quin inde sibimet pręcipitia configuraret, conuocaretq; ruinas; apum instar, quę nunquam vulnus infigunt, quin aculeo vlceri derelicto sibi necem accersant: Gloriæq: ob id præstita amphiteatrum, alios in admirationem allexit, vt in eorū simulachris deperditam gloriā deplorarent: quamobrem iure meritò Mundum adtributandum compulit, vnaq; illud mare, quod à Pactolo, & Tago aureas reperit vndas, aurum Tiberi reddere coegit

vt Columnam aurea insigniret corona;ità enim quenque monitum volebat, vt si gentilitas ouationis gratia militibus Columnas sublimauit, aurea simulacra sustentantes (vndè *Plato* meritò ęqualem collocaturam Delphis pollicetur, sicq; inter statuarum cypselidarũ monumẽta aiebat idem: *In Olympia fabrefactus stato*:) ouanti sanè columnę, non ab ouationibus, sed ab adultis sanè triumphis vndæquaq; oriundæ aureum sertum pararetur; vt velut arabicus adamas prosurgeret Columna, & ab illa subindè aurea prosiliret corona; ità vt non minus constituẽti adamanti, quam insigniẽti auro mirus debeatur honos: enim verò si iuxta *Plinij* enarrationem prisca illa ęquitas Numina duntaxat aureis circumcingebat coronis, Mundi vniuersitas, victoriarum numen nostràm venerans Columnam, aureo eius apicem diademate communire pręsumpsit; eandem agnoscẽs
vel

vel in eiusdem natalibus trophæis onustam, iisq; à meritis sanè progenitis; non enim Deli Deus ab astris, sed astra ab illo lumē ascisciūt; vndè haud glorias haurit è mundo sed illas è suo eruens sinu Orbi terrarum affatim quidem impartit. quamobrem anceps erat Chaos an illa Mundo, an Mundus illi esse tribuerit, cum ambo inanis illa spaciositas æqua lance, æquoq; tempore natales habuisse conspexerit; hac tamen impari lege, cum colūna gigantes genuerit, Pygmeos pro crearit mundi vniuersitas; hęc è plebecula optimates illexit, illa à magnatibus exantlauit Duces, Heroes. Hęc vna cum lacte retinuit habenas, illa debellando prosiliit. Hæc ab hominū tumultibus quassata intremuit Illa tumultuās magnatum capita sibi subegit. Illa vrbes, Prouincias, regnaq; peperit. Hæc omnia edomuit Columna; Quare maiorum granditatum coronidem est mundò nacta Colum-

na; ac quę nescius fuit terrarũ Orbis sustinere trophæa, potens visa est columna eadem subfulcire: & vbi Capitolium vidit sub onere gemens, idem sub eodem Columnã stabiliorem aspexit. Parui enim pẽderunt Columnati Heroes mũdanæ molis fulcimentum, cum virtutum immensitate, vastoq; merito insignirentur. Quinimò, vel parum Anaximandri innumeros illos orbes ab orbium effectore in lucẽ trahendos existimabant, cum annosa, immensaq; eorum virtus innumeris Orbibus humeros pares efficeret, Quis ergò hanc non decantabit Columnam esse Plusvltrà victoriarum, gloriarumue, si inter has triũphalis vndiq. visitur? Quãobrem libere quisque inferre valebit gloriam scilicet esse Columnæ partum, non aliund è gloria gloriam asciscens, quam ab ipsa Columna: quod si mundus marmora extulit, simulacra erexit, sublimauit arcus, quos peperere triũ-
phi

phi, genuereq; trophæa, ipsa omnium prima velut Dedalus iisdem motum impartiit, sola enim linguâ marmorea Victorias erat perennatura Pompeii, Marci Antonii, Sciarræ, Camilli, Prosperi, aliorumque, quos lubentissime numerarem, nisi eorum obstaret multitudo. Quinimò idemmet Mundus Columnenses illos quos à mortali nece eripere nequiuit (Vrnę carnis debitores inscipiens) eosdem æneis æternauit figuris, vt loquacissimo silentio illas euelarent actiones. quas Fama sua reboante tuba Vniuerso exarare flagrabat: Nec enim nisi Fama bellatores insignes, Magnates, Principes, Duces, nec enim nisi Fama adoreas, trophęa, triumphos, victorias exarare vnquā poterit, cum nulla sit vtiq; arbor, quę Fama suos magis propaget vndiq. ramos. Illa. n. velut rotundata pila, per niues circumacta, continuo velut rotatu, mire quidem augescit. Illa enim duntaxat Vaticano

 vti-

vtiq; refidens, agnofcit perennare prçconia Martini illius V. Pontif. Opt. Max. Dei illius quinti Cœli, Martis inquam æmuli, cum nedũ Empyrei manu nos gubernare quę fierit, quam Martialibus agonibus fe fe Martem pariter pandere. Nec enim tubæ clangore defatigata fuã videbatur refonandi libidinem ex- pleuiffe, ni tubam Pompęii quoq; virtutibus impleuiffet; quibus euo litans Fama- fuppeditans quafi fla minibus vigorem, & tubæ, & alis altiorem fonitum, aduolatumue impartit. Maioribus enim infignibus ille Columnam infignit, quam ipfum ipfa decorauerit edens in mundum: vndè cum Pindaro immobilem hanc Columnam Hectoream nuncupabimus, cum ab illa exiliens Pompeius illam fuis Hectoreis viribus in orbe terrarũ ftabilierit. Is enim velut epilogo auorum, proauorumq; virtutes in fe fanè fubftringens, illas fe ipfo multo magis adauxit; vnaque intẽdit;

vn-

vnde in eius aspectu non minus quam in Herculeis actionibus se ipsum insculpsit, haud inscius illum, qui vna cũ sanguine paternas virtutes non hausit, informẽ exantlare nobilitatem. Nec enim quia solitus suorum auorum icones, & imagines rependere plures victorias, quam dies dinumerantes ab illis gentilitium repetit iubar, vt aliis fulgidum illuceat; conscius illum nõ benè sentire, qui domesticorum fastuum fulgore presulget, ipseque illos sua contemerat vmbra. Non enim paternæ virtutis immensitas liberos commensurat immensos: sed propria virtus comparat sibi immensitatem: ideoque Q. Fabius, & Scipio suorum immagines nunquam recolebant, quia suas ideas ideatis adsimiles conformarent. Quisquis enim proprii ingenii cymba gloriam expiscatur, aliorum ope indiget; qui alienas appetit merces, sese mercium pauperem facit. ideoq; Romanus Orator

no-

nobilitatis suo magis exultabat ortu, quam alios penderet illustri genitore pronatos, qui eorum nobilibitatem sine virtutibus depauperarent: indeque Euripe plebeiã acclamabat nobilitatem illam, quę ab auorum serie, non a virtutũ numero originẽ traxit, illumue quãuis a vili plebecula natum, genuina nobilitate donauit, qui ab insciorum cętu secretus, magnificentiam sibi litteris incalat; non enim raro inter velut fœtũtricera plebęię conditionis emicat generositatis gemma. Quare Pompęius ab Illustrissima prosiliens progenie, & quasi ã Dijs emanans, vel à teneris vnguiculis inhiauit enixè (immortalis glorię cupidus) virtutum immortalitatem cõparare: Proptereaq; si ex virtutum meritò pensanda venit nobilitatis immẽsitas, vel nulla maiestas virtutis Pompeianę coęquabit apicem; facta enim nataiium maiestate cum virtute consociali, virtuosa exilit maiestas,

&

& magna subsilit virtus, apud eundem vt Mineruam è Iouis cerebro natam propalare. Vndè cum *Sèneca* decantare potuerat: *Maior sũ, & ad maiora genitus, quam vt mācipium sim corporis mei*: cum vix natus naturę aggeres exciudere tentarim, & vt me ad illa insinuarem munia; quę corporis imbecillitas renuebat. Non enim poterat natura ex vasto iubare nisi lucis fętum ad lucem emittere; nec enim nisi Mineruę suum sacrare poterat genium, quę eundem velut Prometheum erexerat ad suffurandos scientiarum ardores: quinimò minor natù adultam exsuperáuit ætatem, inque breui tempore expleuit tempora multa, il. lamue quæ serpere incipiebat lanuginē prudētia, scientiaq; canam inspexit, non enim pluris interest mento, quam mente canescere; indeq: ætatis acerbitatem sub matura morum grauitate mirum in modum recondidit, vndè vel pue-

titiam sua animi magnitudine sub limauit. Herculisq; more (cunabula in arcum triumphalem commutatis, lacteasue manus cruentantis, duos angues eiugulaturi) voluit vt maiorum operum dies Auroram præcurreret infantiæ, insciciam velut Hidræ lerneæ thyrsum suimet ingenii igne concremans; indeq; voluit ingenia admirationi sacrarent genios, & stupori inhærẽtes altissimo suum ingenium, vt naturæ genium admirarentur: ideoq: poterat vix exemptus è sinu cum Zoroastro labia ad risum excludere, non mundi vicissitudines cum Democrito irrisurus. sed vt hilaris irrumperet, quia in mundum edidisset prodigium. Hicque necessum est *Platonem* silentio seruitutem imponere, dicentem debere Iuuẽtutem mancam nuncupari reandẽue Sapientiæ esse defectum, dum Pompeium cernimus, vel in annorum defectu Sapientiæ inspexisse profectum, adeò vt posteritas post mul-

multos annorũ circuitus vacillans cogatur animaduerti, & à crudelirate valdè seiuncta; sunt enim prodigiosa quædam portęnta infantiã cernere annosam æquasse senectã, & puerũ vix natum Mineruæ proclamasse triumphum, dum vel ab ineunte ętate triumphalem scientiarum apicẽ excesserat: non enim ignorabat Pompeius inscitiam cũ Diogene in hominibus esse sepulcralem excarnium ossium vrnam, sapientiam verò cadauerum moles animatas efficere, easque figurare gigantes. Quinimò Deucalionis instar scientiæ lapides in viuas cõmutat imagines, vt eas tot Mercurios hominibus obiectet; haud secus enim, quam Circes scientia suis dogmatum poculis ægros inscitia, sanos figurat, & claudos ignauia, solertia dirigit. Proindeq. non inscius erat Pompeius illius Magni Pompeij, qui dum Græciã anhelaret Possidonii fama pellectus, eundem inuisens, quamuis

cor-

corporeis ęgrimoniis reperèrit lacessitum, eiusdem tamen sanantem Medicum sapientiam est conspicatus, seque inscitia onustum, morbo oneratum aspexit. sicque sanitatem infirmam, infirmitatēque sanam decantauit; & meritò: cum Sapientia mentis morbifica prosternat pathemata, inscitia verò eandem reddat mille circumplexam angoribus. Proptereaque velut Acchilles haud expauit Palladis semitas, vndè Pandoræ vas à se perenniter seiunxit; idq́; quia eiusdem Mineruæ lacte halitum reparauit, ac quæ propria nutrix vbera præparabat, vberiori Sapientiæ lacte adaugere studebat, vt hoc vires, illo mentem enutriret; sicque fortem configuraret Sapientiam, fortitudinemq; repræsentaret sapientem. Quamobrem nostrā ætatem contemplans, sub inscitiæ onere gemebundam, velut Phęnix ex illius cineribus, & ex flammeo sui perspicacissimi ingenii igne im-

men-

mensę sapientię ignem exhausit, sapientię Deū roboraturus, quę cū hominem haud indagaret eandē sustentaturum, se se cernebat humatam, nisi Pompeius eandē exhumaret, illamue ad pristinā Deitatem suę scientię pręstantia redegisset; sicq; velut ingeniorum Phęnix, & vt illa inter palmas incubabat, & è palmis exantlatus, manubiales omnium palmas referebat, & seipsum admirationis templum sublimans, nostra sublimauit corda, vt eidem illa sublimaremus vt victimas. Noluit tamen Romuli instar à sua nutricia muliere, vel sertis, vel corollis infantulus coronari. conscius illas deberi virtutū coronarijs, vel illis, qui heroicis actibus conferunt coronamenta. Heroum tempora coronatura, nō autem illis, qui infantilibus modis plausus sibi vendicant. Poterat Achilles Thessaliam incolere, & pacificis iussibus Mirmidonum cohortem regere, & gubernare, sed tamē in-

inhiauit sub Troia Victorias sibi sudore, ac sanguine parere; sciēs palmas esse triumphalis lauri consectarias, triumphos è manubijs referri, manubias non ab imbelli lacteaq; manu, non ab infantili dexterà, sed victrice, non à tenello robore, sed à prisca virtute referri; ideoq; voluit non Fortunam eundem obiectare coronatum, sed coronarias virtutes, sciebat namque Fortunam eos fortunare, qui inscitiam duntaxat obtinent fortunantem: sciens eum qui Delii nomine caret, mare sine nandi scientia tranare minime posse. Non enim nisi Atlas Terrarum orbem suffulcire posse præsumit. indeq; noluit coronas experiri, nisi easdem meritum, non casus necteret, efformaret. Quamobrem scientiæ maritimas plagas vasta suimet ingenii cymba traiecit, sicque doctrinæ gemmas expiscatus, conchas vnaq; reserans, margaritas suffuraturus, sibi coronam gemmis, mar-

garitisq; exornare anhelauir. Poterat (& quis ignorat) balbutiente adhuc lingua sensus magis blandimentis, quam intellectus lenociniis operam enauare, sed maluit in tellectum sensui habenas imponere, & sub diro omnium studiorum iugo scientias subiugare, sciens Tātali, Adonidisq; pomaria frugibus, fructibusq; vacare, idcircoq; qui Herculis senticosum magis iter anhelat, ad scientiarum portum velociùs appellit, sed qui florida sibi sancit itinera, metam peruadit inscitiæ. Quare non immeritò Cyrus apud *Herodotum* Persas noluit è montium apicibus descendere, vt planiciem occuparent, id tantummodo pauitans, ne videlicet innatam deperderent virtutem. Nil mirum ergo illum qui cum Philosopho acres delibat radices, ab illis sapidos scientię fructus protinus exantlare, gnarum sane scientiam velut moly herbam ab Homero relatā ab atra radice lacteos eructare

re vndiq; flores: Quamobrem inter granditatum blanditias enutritus halitum Sapientię Numini dedit, ſicque facillimè nobis ſuaſum habemus, eiuſdem animā antequam mortale animaſſet corpus immortalitatem ſibi vendicaſſe, è Magni Trimegiſti pathera liquorē exſugens, ſcientiarum claritatem, vnaque intellectus perſpicaciam impartientem, indeq; gloriam eſt conſequutus. Quinimò yelut Alexander vt Iuppiter terrigena reputatus, non tam ſpiculis manu geſtatis imperatoriam referens maieſtatem, quam ob Palladem à capite ſuffultam eius Phyloſophiam vtique pandens, ab omnibus tātoperè celebratur, vt vel è Ioue natus, vel è Pallade exemptus concredatur. ſique eidem Alexandro olim Perſæ corda ſacrarunt, cernētes duntaxat eundem vix prolatū ad lumen, Stagyritæ lingua eorum quæſita clariſſima ſanè peregiſſe, ſicque eundem maximum futurū

Re-

Regem declaraſſe, an non maiori forſan merito non Perſarum duntaxat cohors, ſed mundi vniuerſitas, Pompeium maximum declarare quibit, vt puta Virum, vel à cunabulis omniſcium, omnibuſq; conſpicuum, ſui ingenii fętibus ſapientiores edocentem, & ineffabili ſcientia in Sapientiæ Capitolio immortalitatem vendicantem? ſciebat enim principanti neceſſarias eſſe ſcientias, quas Vulgus ineptas aſſeuerat, qua de re ſub ſapientiũ hominum vmbra Dionyſius Dionem nutricauit. Tantaq; ob id noſtri Pompeij extitit ſciendi libido, vt Suadam eloquentiæ Deam reddiderit ambiguam, ſuamq; Deitatem amiſiſſe crediderit, intuens Pompeium in eãdem Eloquentiã commutatum. Quinimò haud cõſcia cui nam Eloquentię ne, an Põpeio patrocinium eſſet impartitura, à patrocinando deſiſtens, à Põpeio patrocinium affectat; nec immeritò; dum eundem inſpectat ra-

pi-

pido velut torrente altiuolātia red dere aliorū ingenia, quinimò Pyerides ipsas anhelantes efficere, vt cœlesti Orphęo potiri vtiq; valeāt. ab eius enim imo gutture non tot eruit accentus, quot vulnera cordibus infigit, indeq; velut Herculea catena quot voces effundit ad auras, tot homines catenatos amore reddere studet. Quod si Timoteus ad Alexandri mensam canēs, mutatis de industria modulis, Regem repentè velut insanū statués in pedes ad arma fugere compellebat, sic Pompeius sua modulata linguæ eloquentia omniū animos allicit, vt plausitent, vnaq; subsultent. vndè luscinię, quę dulcisono velut melo frondentes siluas, & erroneos Siluanos trahere ad se dulcedine student, poterant earū garritu delinito, mulceri solummodo Pompeianis vtiq; vocibus. Non enim lusciniarum cantus allicirunt Pompeium, sed Pompeiano inhiant lusciniæ sonitui Apolli-

neam

neam ęmulanti citharam, eamq; inter discordias nunquam dissonã, sed æterno concentu, vndiq; gaudentem: sicq. poterat de Pompeio velut de Nestore *Homerus* ita concinere,

Fosthos assurgit Pylius Dux ille disertus.
Nestor, cuius ab ore fluit vox melle liquenti dulcior.

Sic quoque *Teocritus scripsit in Buccolicis:*

Propterea quod in os illi pradulce camena
Infudit nectar.

Cum Parhæmia ergò nostrum Põpeium Musarum fauum vocitabimus, & velut Sophoclem ob carminis suauitatem apem dicemus, & ναν σηρῦνα idest Sirenem nouam, ad huncq. illud Aristophanis trahere poterimus. Pompeium indigitando Musarum apem, & Charitum delicium; cum velut suauissimus olor omnes ad cantum mire pelliciat, quare non immeritò mariti-

mus Arion, Tracius Orpheus, & Thebanus Amphion vndas, feras, saxa, tributare Pompeio tanquam Sapientiæ Numini valent, cum saxa, feras, vndas deliniat, mulceat, & denique molliat; Si Amphion.n. saxis motum impartiit, & hic marmora trahit, non Thebarum parietes fabrefactura, sed Pompeio sublimatura trophæa, si Orpheus Auerni iram sonitu edomuit, Euridicem inuolaturus, & hic Tartareas vmbras reddit immugientes dulcissimo resonans concentu. Si Ariō demum vndas cantu subiecit, & iste vel ab vndis repetit tributum dum easdem carmine sistit.

O Heroem ineffabilem, ò Virum eloquentem, ò Cœli altisonam vocem: Resonat dulciter Cœlum, sed sui sonitus te habet vt terminum; maximus est sphærarum concentus, sed ille te, vt sui centrum agnoscit. Indeq; Apollo te coronat Apollinem, suaq; citharedum facundia apud Citheron Parnasi montē effigiat:

giat: indeq.Cyllenius Cyllene tibi Arcadiæ montem elargitur, vt omnes te, vt Eloquentiæ Numen adorent. Primi mobilis motu raptantur pariter ſpheræ, tuo dulciſonæ linguę motu ad te corda prolectas. Accurrunt omnia Cœlum venera tura, tuq. magnetiſmo velut corda te veneranda procuras; curas vt linguas Mercurio ſacras tibi perbelle tribuerent, tribuunt tibi linguæ voces, vocibuſq; te facũdum Numen appellant; Recedat ergò Piſiſtratus, inglorius quoque nunc abeat, ſi olim namq; dicẽdi facundia Athenarum dominatum aſciuit, fœcunditatis Pompeianæ dominatus eundem Athenis dominantem efformat, ſicq; inſcius exiſto an in Rectorico gymnade Ciceronem, vt gymnaſiarcum admittat, nam licet hic pręcinuerit, pręcinenti tamen nomen pręcidit, pręcellendo. Fuere haud abnuo Demoſtenes, Carneades, Themiſtocles inter infantis iam eloquen-

quentiæ fulgores velut in orbe ful-
getra, dum vix orientem intuiti
probarũt occasum. Voluit aliquã-
do Demostenes sibimet blandien-
do aduenarum plausus conclama-
re dicendo, sed vix vocẽ parturire
coactus, silentii est imperiũ exper
tus: illãuè quãvoluit ad loquendũ
linguam exerere, vidit intra den-
tium carceres pauitando contre-
mere. Dixit haud semel Pompe-
ius, nec potuit silentium legẽ im-
ponere, vt qui Suadam eloquentiæ
Deam genitricem asciuerat; Fate-
antur id ambò multi, Referant id
quæso lycea; promulget Vniuersũ
Dicite vos præ reliquis Velatam
nostram sectãtes Academiam, qui
vt vestram coronaretis Aquilã in
vestrum Principem Gallicani Prin
cipem coronastis, & quem credi-
distis coronàtum, coronantem in-
spectastis; dum pluries vestram ca
thedram scandens præstitam tunc
Apollinis sedem, vestram Aquilam
nimbis onustam, ad suffigendũ suũ
alle-

allexit intuitum, oculorumq. aciē ſuo dicendi acumine acuminauit, & auxit. Quinimò velut Neoteri-cus Appolus ità veſtras ſuffuratus eſt animas, vt mellifluo dicēdi mo-dulo, ſub primam eius aduentus au rorā, melle velut roſcidos vos met inueniretis. vnde non rarò eundē prædicaſtis luſciniam in cuius ore Eloquentia ſedem appoſuit, ſicque decantaſtis ibidem Pindari apes, vnaq; Platonis nidum renouaſſe. Dic id præ alijs tu Vrbs Bononien-ſis, quæ vel Sirenum cohortem, vel Heliconiadum Heliconem effigiās, illum vt veſtrum Apollinem coro-naſti, ac Parnaſum Bononien-ſe peregiſti Cœlum, eumue qui verè docet docentem Bononiam habuiſſe curaſti; vt ab omnibus ſan ciretur inſigne docendi; quoties ne (dicas) eundem calami plectra tangentem, audiſti, & tuam ani-mam non percepiſti prę dulcedine dulceſcentem? quoties ne ſuæ mē-tis liram ſuis inuentis tetigiſſe, eſt

animaduerſus,& tuis auribus dulciſſimũ haud intonuit vtiq. *melos?* dum altiſona, vel orãdi harmonia, vel harmonico carmiunum cõcentu inter vos fabrefecerat Pindum, è quo millia mille ſerta prodibant eundem, vel vt Poeſim coronantẽ. nõ ab eadem coronatum coronatura; vt nos monitos faceret, quam dementes appareant, qui vaſta Poeſeos egæa tranantes, naturalem quẽdam inſtinctum artem præcellere curant: nec eos pudet Artem naturæ ancillantem reddere, vt naturales tantummodo partus illuceant, vel informes embriones, haud permittentes illos Artem Vrſæ more lingere, vel lambere. Ideòque Pompeius Pœſeos Agæum ingredi noluit, ni prius naturalẽ genium enutrierit arte, idq́ue ne Arionis referret imaginem, qui quamuis ſibi lenocinia pararet audacia, vndaſue cantu crederet delinire naufragus tamen Delphini implorauit opem, vt eundem ab vndoſo

doſo gurgite ſeiungeret; quamobrē noluit ſine ſydere pelago errare, nec prius voluit altos peruadere fluctus, quin ipſo met ingenio nandi conſcius eſſet in vaſto gurgite, proindeq nauim ſcandens, in eadē tam dulciſſimo cantu concelebrauit Vrbani Poutif Opt. Max. laudes vt ab illis omnium emunctæ naris virorum laudes hauſerit, quinimò Mundi Vniuerſitas eundem Tritonem illum concredidit, quem forte Romana cohors olim è gurgite reuocauit. ſaturniæ ædi inſpectandū obiectura. Quinimò illud mare, quod ſub grauiſſimo Nauis, Pompeiiq. pondere ingens gemebat, cātus ſuauitate redditum hilare, ſpumeos cępit componere fluctus, & neſcium cuinam tributare deberet, & nauim, & Cantum plauſibus cohoneſtabat; ità vt ſuaui vndarū fragore, ac dulciſſimo limpharum murmurilo, lingua lubrici humoris obmurmurando Nauim cantionem eniæè laudaret. Indeq. Tarta-

reus Phlegeton, infernaq. Auerni sedes maris liuore percita; illud inuisens gloria quadam tumescens, coniectansq; illud Arionem habuisse canentem, adhuc gemēs ad Neoterici Orphei sonitum exultasse ferè est animaduersa, qui ineffabilibus nobilis Comediȩ carminibus non formosam reuocabat Euridicē, sed Proserpinam à fumido Plutone indigitabat vtiq; raptam; quā vidit Roma, & obstupuit, audiuerūt incolæ, & irruperunt admirabundi; Aduenæ vndiq. conuolarunt, conuolauitq; vndiq. Fama. Ars est eandem intuita, & admirata. Naturaq; liuore percita, suimet conditionem deplorauit: certarunt ambo, sed inane habitum est certamē tandemue Pompeium Ars, & Natura, Naturam, & Artem exsuperasse dixere. O mirabile prodigium, ò prodigia ineffabilia, dum carmine ludens, inferos reddit ęrumnis lacessitos, & inter ærumnas Pompeii cantu exultabundos, dum vim ha-

bet

bet metro quasi flamine vndas furentes delinire, demulcere. Erigat ergò Pompeius apud Cynthum ædem, dum laurum Apollini subripuit, quamuis cum Socrate sapiēs præstitus animatum se reddiderit Templum, quinimò se gloriarum ędem construxerit, cuius aras exarent innumeræ penè virtutes, quibus Sicelides thūra offerre valebūt vt illis tributarię cernantur: indeque agminatim, certatimq omnes accurrunt, singulæq; eandem earū Apollinem conclamant; ideoq; Minerua etiam plausitando propiùs aduentat, illum in Philosophico gymnade phylosophicis honestatu ra corollis, & meritò; illum si quidem vidit è Phylosophiæ gremio, quasi fæcundissima matre progeni tum eandem ad mundum regenerasse, & dum fætus illuxit, Pater emersit. Vndè Natura eidem se debitricem agnoscens, (nam nonnulla sub obscuritatis latibulis latitātia ad lucem exantlauit, & multa,

quę personata illucescebant veritatis vi deuelarit)illum non filium pandit, sed Cœlì, non hominē, sed Numen, dum naturali quodam artificialiq; instinctu res naturales non è natura seiungit, sed illa quę sub se illatebrauit natura, naturali lumine è latebris subripit naturæ. Multa, quę veritatis redolent imaginem, fucata falsitate illucere palam fecit. Innumera quidem ex his possem propalare, sed vastitas mihi silentium indicit, vnumq; tantummodo mihi linguā continere haud potest, tractatulus nempè quidam de Basilisco. An nē pè illum Terrarum Orbis vnquam viderit, quem quamuis pluries legissem, nouitatis cupidus, sciendique cupido me fecit in eodem legendo pariter illegem: ibi enim Basilisco vitalem denegat lucem, mihi vero rationibus intellectū euincit, vt eidem valeam spiritum elargiri; sicq; satius esse suasi Basiliscū hunc credere, quam creditum de-

mon-

monstrare. Innumera sunt quidem quibus assentiri haud ambigimus, & tamen creditum irridet hominũ credulitatem, quæ seiunguntur à vero: Haud credit aliquis ab exsucco lapide humiditatem erui, oleositatem hauriri, è plumbo saccharum Saturni, è stanno cristallum, è chalybe crocum Martis; & tamen Chymica scientia nos id vtique docet: docet Pompeius, quẽ pluries Germani Chymici sunt admirati admiraturi posteri miram eiusdẽ perspicaciam in extrahendis essentiis, in resolutionibus peragendis, in tincturis exsequendis, & aliis, quę ad Chymicam spectant scientiam; cernitis enim eundem putrefaciendo gignere, & gignendo corrumpere, Aspectatis illum mixtis iniungere, & exsolui, alterare simplicia, eaque componi, ambo miscere, eademq; in aliam substantiã commigrare, sicq. cernimus huius modi substantias innumeras formas insumendo Anaxagoræ ferè

omiomeriam absumere: *Dicatur* ergò Pompeium esse omnibus omnia, esse omnium vnum. Cui vni erigit nunc Orbis Terrarum icones imagines, statuas, simulacra, vt illa nominis sui indicent immortalitatem, ipseq; colūnam erigit insigni Plus vltra. Plus enim vltra aliis se se virtutibus insinuat, Plus vltra dirigit gradus quibus victoriam anhelet; Plus vltra tandem accurrit vt Sapientia certet, vt pugnet armis; eloquentia dimicat cū Cicerone, eiusdemq; palmam affectat cū Stagyrita Phylosophus certat, illumq; traducit imbellem, Ptolemeo Astronomia bellum indicit, eiusdemue refert primatum, Paracelsum destruit Chymicis imbutus, Clio historiis breui lucem visuris. Homerum fabulis, Mineruam deniq. omnigena scientia decoratus. Cesset ergo Scipio Aphricanus apud Ennium sanguine ad Cœlum peruenisse gloriari, Pompeius siquidem haud sanguine, sed

in-

ingenio Cœlum pariter ſcandit:vñ dè vel factus immenſus,ęternos eſt conſcius penſare circuitus, & quæ neſcit Cœlum aſtra,Pompeius ſingula agnoſcit,indeque innocentes Heſperi errores obſeruat, lucinæ deliquia animaduertit, perpendit eclypſes, aſpicit oppoſitiones, vel diametrales aſpectus,ſyderumque diſtantiam per hemicyclum, reſpicit coniunctiones, coitus, & congreſſus, videt exagonos, terragonos, trigonos, configurationes intuetur partiles, vel platicas, ſimplices obſeruat applicationes, retrocedentes,mutuas,carpenta admiratur, altitudines, domus; perpendit Apogæos,Zonas,Polos, Eclypticas, Epyciclos, eccentricos, & quid plura? En Ptolomei more Aſtronomica virtute commenſurat ſphęras,numerat aſtra,virtutes librat, aſpicit influxus, & præſagit euentus. Quamobrem eidem iure merito poſſet Terrarũ Orbis Cignum velut Apollini ſacrare, cum

is

suæ mortis vaticinia cantu præsi-gnet, vel posset Chironis instar A-strologię peritissimus, ac sapientis-simus inter astra referri;Cedant er-gò Proteus, & Laocoon, qui quam-uis vates extiterint, Græcosq; in fatali Sinonis machina delitescere vaticinati fuerint, Pompeio haud in vaticinando superiores extite-runt, cum innumera fuerint vati-cinia, innumeraque pręsagia, qui-bus diuinitatem quandam pręse-ferre autumarunt nonnulli; ipseq; millies ęgros vidi Orci fauces attin gentes (ipso prędicēte) incolumes, aliosq; salutis imaginem referentes eodem præsagiente, in vitæ discri-men incidisse. O hominem nulli se-cundum, ò Principem omni laude dignissimum; dum nihil eidem vi-sum est astrorum sigyzias intueri, ni cum Euclide Cœlorum profun-ditatem intueretur, latitudinem, superficiem; indeq; Mathematicis scientiis insignitus, lineas, angulos, triangulos, scalenos, pentagonos,

pa-

paralellogramum, diametra, rhom bum, & alia perpendere inhiauit, quę & alios, vel peritissimos viros, vel homines summæ eruditionis edocuit, vel illos, qui in Phylosophico gymnande aperuere gymnasiũ; quinimò cum Archimede millia mille machinatus est instrumenta, millia mille erexit machinamenta, quibus posset Cœlum intimius per scrutari; vnde suę scientię pennas altius erigens, vel ipsasmet sphęras transiicere est animaduersus, & feliciſſima audacia adeò se sublimauit in altum, vt in Dei sinum suum pręfixerit aduolatum, illum concinendo ens simplicissimum, inuisibile, inaccessibile, spectabile, admirabile, à quo omnia, indeque eundem voluntatem appellitat omnipotentem, amabilem virtutem, lumen ęternum, rationem incommutabilem, & summam beatitudinem, quare cum Aegyptiis Pompeium vocitabimus terrigenum Numen, cum Platone vniuersi Orizon

tem

tem, cœleste animal, Dei internuncium, Dominum inferiorum substantiarum, supernarum domesticum, mundi miraculum, & plus vltra ipsius naturę. Huic ergò meritò debentur à Creta palmę, ab Indis hæderę, à Sparta Oleę, a Delpho lauri, ab Olimpicis ludis apii, vt ex his omnibns Pompeio serta conflẽtur. Huic debentur Clamides, Togæ, Paludamenta, Armillę Anuli, Catenę, Hastę, & Pepla. Huic triũphi, Ouationes, Fercula, Trophea, Statuæ, Imagines, icones, & simulacra. Quamuis quicquid offeras meritum compensare haud vtique habeat. Promeruit aliquando Cęsar Elephantos, eidem tędis aptare triumphos, sed maiori meritò Pompeius Pierides exposcit adoreas paraturas, cum easdem singulas variis virtutibus superauerit. En Calliopem carminibus vicit, Vraniam Astrologia, Euterpem Mathematicis, Taliam Chymia, Clio historiis, Erato gratiis, Ptersicorem chorçis,

Po-

Polymniam Lira, Lautis, Violis, & Melpomenem cantu: Gloriari iure merito potest se in Helicone Apollinem esse, scientiarum Mineruam, & ingeniorum deniq; Deum; se ab orbe Terrarum inscitiam exsulem reddidisse, auxisse scientias, maiestatem ampliasse, deposuisse molliciem, eneruasse otium, & tandem stabiliisse tempus. Tempus enim haud tempus habet, eius gloriosos exarandi fœtus, suosq; enucleandi triumphos, non enim tempus Pompeium ocio marcescentem declarare valet, cum ipse tempus ocians ostendere possit. Nulla enim horula morulam habet, nec vlla morula potest, vel quietis horulam demonstrare: ni quietem appellitare velimus dum Syluanos, Faunos, Panes, Oreades, venationibus veneratur, dum in Aganippe Pieridibus certat, dum Apollinem carminibus propugnat, dum Pytho Eloquentia propalat, dum Astrea iustitiam omnibus impartit; dum

Pal-

Palladem ſuſcitat haſta, vel enſe, dũ Martiales quærit agones, dũ angitur bellũ ſe haudquaquã inire, Thoracẽ non indui, galea non muniri, loricatum haud eſſe, idue dũtaxat, vt Hiſpaniarum Regi bellicum demonſtret animum, illumue ab hoſtium inſidiis, ſeiungat: nec enim magnum retur bellicum campum proprio ſanguine cruentare, vitam exponere factis, modo Iberiæ fulgorem ab atris hoſtium nimbis arceat, atque defendat: non enim minus enſem, quam calamum tractat non enim minus atramento, quam ſanguine ſuum noſcit nomen vndique perennare; quod ſanè ſin æternauit actuali ſanè conflictu, conſilio tamen non paucos gladio confecit, illoque innumeros deleuit hoſtes, viroſq; peremit. Non enim minus is potens armis illucet, qui in Martis agonibus humum proprio ſanguine purpurando æterna ſibi numerat trophęa, quam qui cõſilio hoſtiles contexit inſidias, nu-

me-

merosum exercitum funestaturus; non enim tam bellando paratur victoria, dixerat Euripides, quam Martiali consilio, & prudentia; Atque ita non afficit, quod Græca referunt commẽtaria, olim scilicet prælium absq ferro fuisse commissum: vt nobis palam facerent non raro consilium plus armis palmas asciscere, vnde adagium *citra sanguinem vincere*: in bello siquidem aiebat idem Euripid. longè plus habet momenti prudentia, atque solertia, quam innumerę vires consilii propemodum expertes; sic Vlissem enarrant solo consilio Argiuam debellasse potentiam. Non enim bellacem minus ostendit dexteram ille qui pectus innumeris ensibus obiectat, quam qui consilium prętat debellaturis. Quinimo non rarò à bellico cõsilio manus reuocare prudentis est mentis sicut furentis arma capessere: inconsultum sæpè enim absque bello bellum debellat consilium: prop-

te-

tereaque eundem ominor natum, iisdem alterius quoq .magni Pompeii ominibus, qui olim debellaturus Cęsarem egressus,dum Martiali inhiabat pręceps Agoni,eius vexilla,numerosis apum agminibus conuelata à bellicis aggressionibus eundem retraxere, ideoq; nostri Pompeii galea velut illa Alciati apum nidus existit, palam facturus se illa corda necibus intenta, vni tantummodo Pacunæ tributa figurare. Numquid nosmetipsi nescii existimus,qui Tonantis gerlmus insigne, quoties nostras deliniuit iras,& sua prudentia nostra composuit bella? insuper vltio illa, quæ non aliam agnouit quam in hostili sanguine pacem,eius consilio pacifera reddita,se met, & alios emulsit;dumue nostra pectora ita feruebant, quæ non aliud quam occidiones anhelabàt,suorum verborum flamine placidulo, eum sedabat sanguinem,qui per venarum amphractusobmurmurās,spumens sub-

ſubſultabat. Tandem vt breui dicam inter Martis agones Pacunã configurabat, inter lites Aſtream inter dubietates Theſei filium,& in euincendis inteſtinalibus furoribus Herculem.Indeq. velut Empuſa in varias ſe ſe conuertebat imagines; nunc pius à cordibus impiis paciferam queritabat mercedem; nunc rationibus quietem emendicabat; nunc minis hominum pertinaciam commutabat,& nunc tandem in ſuæ pietatis trono recipiebat offenſas: ęmulatus ſanè Valerium illum,atque Mennenium, qui benè dicendi arte Romanum Populum perbellè pacarunt. Id tu amabo hodie vniuerſo Terrarum orbi explana Vrbs latina, Tiberis vnda, admirationum compendiũ naturæ conatus, & humanę granditatis apex, quæ innumeras glorias habes,quę infinitos laċtaſti Heroas, quæ Capitolium exiſtis, quo vndequaq; ouantes appellunt;Dic hodierna luce non ne tuum Roma-

ma-

manum Pompeiũ inſpectaſti Martis terriculamentum, expoſcentis tuam criſtallo nitidiorem limphã ſanguine purpurare, & tuum Capitolium in contumeliarum Aſylũ conuertere? Nonne vidiſti eundem dum contremebat ſolum bellico tumultu, dum aer Martiali clangore immugìebat, dum ſæuiebant in pectore bèlla, dum Iberes cum Aeſtènſi genere bellacem dexterã conſerere auebant, ac Pallas, vel enſem tractare inhiabat, vel haſtã, quam quæſierit claudere bellum, arma depellere, ſeiungere tumultus, arcere denique rixas? Nonnè vidiſtis eundem & linguæ eloquentia, & forti dextera, & mirabili dexteritate pacatos animos, deletas inſidias, eneruatas iras, delinitos furores, & Romam vndique quaſſatam in placidiſſimum redactam fœdus? non ne eundem inſpectaſti, ſua conſilii maturitate, Palladis haſtam in Oleam, Iouis fulmen in laurum, &

Cu-

Cupressus libitinam veneraturas in palmas commutasse? Sed quid Romam dixi. dicat id mundi vniuersitas, quæ se intuens hominum internecione succussatam, hostilibusq; iris quassatam,& inimici sanguinis cupidam, Pompeii adminiculo perbellè frenatam, vnde Ammonis instar Leones demulcentis edocuit Tigres compescere occidionibus intentas. Ne amplius ergo Fama tubæ flamen inspiret, vt Alexandrum ęternet; Amori pacheram sacrantem, Persas, Indos, Scitas in æternum redacturum fœdus; Pompeium tantummodo tuba erigant, nedum istis pacem æternantem, sed omnibus, sed vniuerso:Plura enim ab ipso sunt facta fœdera, quam irę proruptæ;plura sunt pacatà corda, quam pręstiti tumultus: nec mirãdum profectò: siquidem cum illum Mineruam Apollinemq;configurarim,reliquum erat, vt sodalitium pace seruaret, vtq. omnium palmam referret, cũ

hic

hic inter palmas, & oleas ortus pariter fuerit, illa Oleę fuerit inuentrix: proindeque miror cur hoc tēporis interstitio, velut apud Cęsaris imaginem in Victoriæ æde palma non exiliat, cum & animorum victoriam reportarit, & omnium hominum in conciliando palmam retinuerit: Miror quì fiat, vt velut Marcellus, & Fabius nō retinuerit insigne Romani clypei, vel ensis, cū & patriam defenderit, & profligarit pariter hostes: Erigatur ergò Columna, sitq. Atlantica columna sublimior (Pausania dicente) Cœlū vertice tangens, eiq; detur insigne Plus vltra; ominans fortè erratos iuisse illos, qui tanquam Martialis gloriæ fines Cęsares sanxerant, Pompeios, Anibales: Scipiones, Alexandros: indicans errasse illos, qui Eloquentiæ statuerunt terminos Demostenes, Cicerones, præsignans eum, qui Mineruam stabilierat Sapientię Deam à veritate deuium extitisse; postquam Pom-

pe-

peius horum omnium coronidem transiecerat, ita vt iure merito Apollinis aureus Tripos tribui potuerit, cum ille iuxta Pythiam respondens, omnium sapientissimo deberetur. Quamobrem nos possumus cum Stasicrate non Alexandro, sed Pompeio dicere, Tui cordis virtus, Tui ensis robur, Tui calami prestantia, mundum in honoris templum commutarunt; solum deficit simulacrum, sola deest imago, quæ debet esse tuę celsitudinis ęqua, Tibi spondeo in altiori montium ordine illum insculpere, & te cœlo coequalem efficere, dum tua virtus non terrea, sed cœlesti stabilienda venit vtiq; mole. Poterat forte Stasicrates se virtutum coronide munitum munimenta parare gloriis Pompeium communiturus. Mihi omnia virtute manco mã ca virtus existit illum erigendi, qui se suis virtutibus extollit: Quamobrem velut Dedalus ipse primus suæ statuę motum virtutibus impartit,

partit, nec aliis eget eidem ſtatuas erigētibus. Sua ergo duntaxat virtus ſit illa, quæ ſuam ſciat ſublimare virtutem, & quę nequit mea lingua dicendo Terrarum Orbi demonſtrare, dicat nunc Ocon Imperator, qui in ſuo tumulo inſculpſit Mirabilia mundi, hæc ab illo delenda, ponendaq; Pompeianæ Columnę ſic enim vno verbo innumera mei Pompeii encomia per vniuerſum expandent. Dicebam.



Illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino

D. IACOBO GVALTERIO

Sac. Aulæ Concist. & Pauperum Aduocato.

IVL. CAESAR BENEDIGTVS



Ot veluti Turni Rutulorum Duces quosdam intueor homines, non in Troianorum Classem, sed in mea scripta igniuomis detractionum linguis euomentes ignem, quæ qualiacunque sint perurere non horrent, cremare non pauitant. Indeq; *eadem vnum duntaxat Aeneam anhelant, suspirant, vt nedum Anchisem proprium Genitorem è flammis eripiāt imminentibus, sed funeret ignes,*


H 2 qui


qui funebrem hanc meam oratio-nem in cineres reuoluere audent; & qualem poteram maiorem Te Aeneam ascifcere, qui nedum Momorum ignes retundis, sed in ipsos quasi Naphtas bituminis quædam genera (ad quæ vel è longinquis trãs uolat ignis) eosdem abundè reuoluis vt quibus quæritant mea perurere, iisdem perurantur Momorum phalanges, Zoilorum exercitus; Transuolet (quæso Te) Transuolet inquã aduersus hos ignis tuæ Sapientiæ. tuæ potestatis flamma, tuæ doctrinæ pruna, tuæq; virtutis ardor, vt cremet sacrilegas linguas, comburat Archilocos, eosq; reuoluat in cineres; nam vel ab iisdem cineribus resiliet fauilla, quæ Famam suppunget ad Te Ingeniorum Phænicem prædicandum, Teq; Mineruæ indigitabit partum, è cerebro Iouis natum, priscis tuis, nobililissimisque Natalibus, ac sapientissimum, quia vel Musis omnibus præes, vel litterarum cætus vnus emi-

cas

cas Apollo: Te ergo deprecor meus existas Aeneas, vt me meaq. scripta è flãmis eruas, eripias: nam eadẽ per Te extincto linguarum igne, audacia consurgent, promptaque contemnent Zoilorum *turbas, Momorum insidias. Te namq; agnoscunt Patrinum, Patronum. Patrocinare ergo mihi, vt omnibus innotescat, Te patrocinante, inoffensa omnia posse Terrarum orbem circinare.*

FVNEBRIS ORATIO
IN ANNIVERSARIO
Reuerendiſs. Patris Coabbatis
D. FRANCISCI AB AGELLIS
Vicarij Generalis Cæleſtinorum
In Venerabili Eccleſia
S. MARIÆ COLLISMADII
prope Aquilam





Egyptiorum priſcum vtiq; genus, vetuſtamue progeniem (*Illuſtriſſime* Pręſul, Patres Reuerendiſſimi, & nobiliſſimi Auditores) iam apud omnes accipimus, ad contumulandas magnatum reliquias, ad inhumandos, vel optimatum nobiliſſimos ci-

cineres, (ne eorundem ceu famæ, vel debaccantibus vndiq, aboleretur ignibus, vel obliuiis solueretur, vel Harpocratis traderetur imperio, vel tandem Herebi filio nimis impiè daretur humanda) aptasse moles, pyramides construxisse, obeliscos vel in Olympum vsq. sublimasse, & mausolea maxima tandē procetitate struxisse; Non enim consonum videbatur iisdem, vt Heroum vtique facta, magnariorum facinora, mortalium adoreas mors ouās obliuione pensaret Non enim apprimè videbatur, enauata iam opera, plasmata bella, comparata, vel armis, vel litteris trophæa Mneæmosinę haud detegenda tribuere, sed Libitinę cōtumulanda signare; Non enim gratitudinem rependere volentis esse videbatur collata beneficia, euictas phalanges, expugnatos hostes sine parentalibus exoluere posse.

Expofcite quæso vos Auditores expofcite inquam Valerium illum

Publicolam, Caium Fabricium, Postumium Tiburtum, qui cum optimè de Republica meruissent, à Romanorum Senatu prçclarissima vrna fuere donati; proindeq; fortè Pompeius Syllæ cadauer exequiis funerandum esse mandauit; Iehu Rex Israel hostem suum Iezabelē tumulo exornandum iniunxit; quinimò (& nunc intendo) ob id quoq. Pericles in bello sęua interneciones perēptos, publica primus oratione fulciuit.

Quid ergo non demolimini nūc temporis stupori, vel aggerata repagula? Quid non deuastatis, vel admirationibus aggeres? dum Cęlestinorum augustissimum cętum, inspicitis Reuerendissimo Patri, nitidissimo Apollini, fortissimo antesignano, Francisco ab Agellis, moles erigere, pyramides configurare, obeliscos tollere, Mausoleum struere, thura dare, incendere faces, elogia inscribere, insignia insculpere; cantitare carmina, hymnos

con-

concinere, & funereo, vel deniq. apparatu sacrũ hoc vndiq. funestare.

Cæterum quid sibi vult iste funebrium longus ordo pomparum? quid pullatas ædes intueor? quid sibi volunt huiusmodi ferales eęq. flammãtes faces? quid thura? quid moles? Numquid erectę moles velut eloquens Molo virtutum omnium vastissimam molem clangente quasi tuba exarare contendent? Numquid thura tradita focis, data cineribus, Apollinis instar Reuerendissimum Patrem, quasi Phœniceã auem è regali tumulo retrahent, eiusdemue cineres rediuiuos sanè peragent? Numquid ferales eæq. flammantes faces Cererem nõ amplius cohonestare intentabunt (vt Gellius insinuabat) Franciscum tã tummodo veneraturæ? Numquid pullatæ, atratæq. insimul ædes ad lãguores nostra referabũt lumina, ac commiserationem protinus accersent? non sanè Auditores.

Absit enim nunc temporis Solo-

hic inter palmas, & oleas ortus pariter fuerit, illa Oleę fuerit inuentrix: proindeque miror cur hoc tẽporis interstitio, velut apud Cęsaris imaginem in Victoriæ æde palma non exiliat, cum & animorum victoriam reportarit, & omnium hominum in conciliando palmam retinuerit: Miror quì fiat, vt velut Marcellus, & Fabius nõ retinuerit insigne Romani clypei, vel ensis, cũ & patriam defenderit, & profligarit pariter hostes: Erigatur ergò Columna, sitq. Atlantica columna sublimior (Pausania dicente) Cœlũ vertice tangens, eiq; detur insigne Plus vltra; ominans fortè erratos fuisse illos, qui tanquam Martialis gloriæ fines Cęsares sanxerant, Pompeios, Anibales: Scipiones, Alexandros: indicans errasse illõs, qui Eloquentiæ statuerunt terminos Demosténes, Cicerones, præsignans eum, qui Mineruam stabilierat Sapientię Deam à veritate deuium extitisse; postquam Pom-

pe-

peius horum omnium coronidem transfecerat, ita vt iure merito Apollinis aureus Tripos tribui potuerit, cum ille iuxta Pythiam respondens, omnium sapientissimo deberetur. Quamobrem nos possumus cum Stasicrate non Alexandro, sed Pompeio dicere. Tui cordis virtus, Tui ensis robur, Tui calami prꝏstantia, mundum in honoris templum commutarunt; solum deficit simulacrum, sola deest imago, quæ debet esse tuę celsitudinis ęqua, Tibi spondeo in altiori montium ordine illum insculpere, & te cœlo coequalem efficere, dum tua virtus non terrea, sed cœlesti stabilienda venit vtiq; mole. Poterat forte Stasicrates se virtutum coronide munitum munimenta parare gloriis Pompeium communiturus. Mihi omnia virtute manco mā ca virtus existit illum erigendi, qui se suis virtutibus extollit.: Quamobrem velut Dedalus ipse primus suæ statuę motum virtutibus impartit,

partit, nec aliis eget eidem ſtatuas erigẽtibus. Sua ergo duntaxat virtus ſit illa, quæ ſuam ſciat ſublimare virtutem, & quę nequit mea lingua dicendo Terrarum Orbi demonſtrare, dicat nunc Otton Imperator, qui in ſuo tumulo inſculpſit Mirabilia mundi, hæc ab illo delenda, ponendaq; Pompeianæ Columnę ſic enim vno verbo innumera mei Pompeii encomia per vniuerſum expandent. Dicebam.



Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Domino

D. IACOBO GVALTERIO

Sac. Aulæ Conciſt. & Pauperum Aduocato.

IVL. CAESAR BENEDICTVS



Ot veluti Turni Rutulorum Duces quoſdam intueor homines, non in Troianorum Claſſem, ſed in mea ſcripta igniuomis detractionum linguis euomentes ignem, quæ qualiacunque ſint perurere non horrent, cremare non pauitant. Indeq; *eadem vnum duntaxat Aeneam anhelant, ſuſpirant, vt nedum Anchiſem proprium Genitorem è flammis eripiãt imminentibus, ſed funeret ignes,*

qui funebrem hanc meam orationem in cineres reuoluere audent; & qualem poteram maiorem Te Aeneam asciscere, qui nedum Momorum ignes retundis, sed in ipsos quasi Naphtas bituminis quædam genera (ad quæ vel è longinquis trāsuolat ignis) eosdem abundè reuoluis vt quibus quæritant mea perurere, iisdem peruruntur Momorum phalanges, Zoilorum exercitus; Transuolet (quæso Te) Transuolet inquā aduersus hos ignis tuæ Sapientiæ. tuæ potestatis flamma, tuæ doctrinæ pruna, tuæq; virtutis ardor, vt cremet sacrilegas linguas, comburat Archilocos, eosq; reuoluat in cineres; nam vel ab iisdem cineribus resiliet fauilla, quæ Famam suppunget ad Te Ingeniorum Phænicem prædicandum, Teq; Mineruæ indigitabit partum, è cerebro Iouis natum, priscis tuis, nobililissimisque Natalibus, ac sapientissimum, quia vel Musis omnibus præes, vel litterarum cætus vnus emi-


cas Apollo: Te ergo deprecor meus existas Aeneas, vt me meaq. scripta è flāmis eruas, eripias: nam eadē per Te extincto linguarum igne, audacia consurgent, promptaque contemnent Zoilorum turbas, Momorum insidias. Te namq; agnoscunt Patrinum, Patronum. Patrocinare ergo mihi, vt omnibus innotescat, Te patrocinante, inoffensa omnia posse Terrarum orbem circinare.


FVNEBRIS ORATIO
IN ANNIVERSARIO

Reuerendiss.Patris Coabbatis
D. FRANCISCI AB AGELLIS
Vicarij Generalis Cælestinorum

In Venerabili Ecclesia

S. MARIÆ COLLISMADII
prope Aquilam





Egyptiorum priscum vtiq;genus,vetustamue progeniem (*Illustrissimè Presul*, Patres Reuerendissimi,& nobilissimi Auditores)iam apud omnes accipimus, ad contumulandas magnatum reliquias,ad inhumandos, vel optimatum nobilissimos ci-

cineres, (ne eorundem ceu fama, vel debaccantibus vndiq, aboleretur ignibus, vel obliuiis solueretur, vel Harpocratis traderetur imperio, vel tandem Herebi filio nimis impiè daretur humanda) aptasse moles, pyramides construxisse, obeliscos vel in Olympum vsq. sublimasse, & mausolea maxima tandē proceritate struxisse; Non enim consonum videbatur iisdem, vt Heroum vtique facta, magnariorum facinora, mortalium adoreas mors ouās obliuione pensaret Non enim apprimè videbatur, enauata iam opera, plasmata bella, comparata, vel armis, vel litteris trophæa Mneæmosinę haud detegenda tribuere, sed Libitinę cōtumulanda signare; Non enim gratitudinem rependere volentis esse videbatur collata beneficia, euictas phalanges, expugnatos hostes sine parentalibus exoluere posse.

Exposcite quæso vos Auditores exposcite inquam Valerium illum

Publicolam,Caium Fabricium,Po-
ſtumium Tiburtum, qui cum op-
timè de Republica meruiſſent, à
Romanorum Senatu pręclariſſima
vrna fuere donati; proindeq: fortè
Pompeius Syllæ cadauer exequiis
funerandum eſſe mandauit; Iehu
Rex Iſrael hoſtem ſuum Iezabelē
tumulo exornandum iniunxit;
quinimò (& nunc intendo) ob id
quoq. Pericles in bello ſeu a inter-
necione perēptos, publica primus
oratione fulciuit.

Quid ergo non demolimini nūc
temporis ſtupori, vel aggerara re-
pagula? Quid non deuaſtatis, vel
admirationibus aggeres? dum Cę-
leſtinorum auguſtiſſimum cętum
inſpicitis Reuerendiſſimo Patri, ni-
tidiſſimo Apollini, fortiſſimo anteſi
gnano, Franciſco ab Agellis, moles
erigere, pyramides configurare, obe
liſcos tollere, Mauſoleum ſtruere,
thura dare, incendere faces, elo.
gia inſcribere, inſignia inſcul-
pere; cantitare carmina, hymnos
con-

concinere,& funereo, vel deniq. apparatu sacrũ hoc vndiq. funestare.

Cæterum quid sibi vult iste funebrium longus ordo pomparum? quid pullatas ædes intueor? quid sibi volunt huiusmodi ferales eęq. flammātes faces? quid thura? quid moles? Numquid erectę moles velut eloquens Molo virtutum omnium vastissimam molem clangente quasi tuba exarare contendent? Numquid thura tradita focis, data cineribus, Apollinis instar Reuerendissimum Patrem, quasi Phœniceã auem è regali tumulo retrahent, eiusdemue cineres rediuiuos sanè peragent? Numquid ferales eæq. flammantes faces Cererem nõ amplius cohonestare intentabunt (vt Gellius insinuabat) Franciscum tã tummodo veneraturæ? Numquid pullatæ, atratæq. insimul ædes ad lãguores nostra referabũt lumina, ac commiserationem protinus accersent? non sanè Auditores.

Absit enim nunc temporis Solo-

lonis illa cupido, qua suum planè interitum ploratibus esse donandū decantabat. Illuceat potius Ennius ille, qui sine fletu læthum vtique suū ducendum quoque ducebat, nám Frãciscus Thracum more nataiem vult flebili esse voce deflendum, exitium verò cantibus, atque choræis concelebrandum esse promulgat: hoc Voluptæ deliciarum Deæ, illum Libitinæ exequiarum Numini tribuendum esse perambit. Non enim triumphatus Demogorgonis filias, non eiusdem adoreas reportare concredit, non nomen æternum factis perennatū contumulate iam perhibet, reboat enim fama perennis, ac perenni quasi tubæ clangore mortales omnes incalat; memoriam excit, eundemue hominum, vel orbis æternitati consacrat.

Sed quid dicis Francisce? quid concinis? Nonne ergò Parcarum cætus increpicandus existit, tantęue iacturę maledictis culpandus?

Non-

Nonne Persarum more detondendi sunt lugubri veste non coniuges ac liberi, sed Celcstini Patres, Aquilani Ciues? Nonne Aethnicorum more, nedum nouendialia sacra concelebrare debemus, sed perenniter quoq. deflere? cur ergo non vallandę sunt planctibus arę? non nuda meis plangenda sunt pectora palmis? Nūquid Homerum Iliade 7. nō lectitasti, veteres nempè casus non nouis lacrimulis esse deplorandos? an verò Chrysostomum accepisti dicentem, oculorum canales in cadauera allicere lacrymulas, è pusillanimitate pronasci? non ob id inquit Auditores; volito enim (subdit) per ora virum. Euolita iam Reuerendissime Pater totumue terrarum orbem tuis circina factis, detege, pande, exara, promulga, vel in vtroq. polo facinora. dū ipse, vel breuissimo temporis interstitio tuarum laudum non minimum expingere, sed vel nihil obūbrare conabor.

At proh Deum immortalē, Quisnam hodierna luce pro me Glaucũ, & Proteum aget, miseramue meæ mentis carinam haud nauphragam in littora geret? Quisnam vt Thetis, Doris, Nereidumue turma è vastissimo laudum gurgite cymbã inoffensam reducet? & quid, quidnam oculorum aperienti pupillas, vel minimum obiectari iam quibit, & non erit mentis illicium, animi suscitabulum, linguæ calcar, & occasio dicendi? cum omnia vel minima quæque (mirabile dictu) vel minima dixi, laudum magnitudine pensanda videantur. cæterum absit, absit à me nunc temporis minimorum cura, cum ad maiora me suppungat oratio.

Proindeque ite ite iam in rem vestram eloquentissimi viri, ac cælebrium vestrorum hominum illustres prius natales cōdecorate linguis, altisonis pandite vocibus, & inter tonãtis eosdem attollite genus. Pergite iam quòcunque velitis

tis Rhectores admirandi, inueprofundissima quæque vestrum omnium contumulate facundiam, funerate linguas, dum à gentilitijs natalibus exantlatis exordia, dum omnigena celsitatum indagine generis vetustatem, antecessorum vexilla, maiorum imagines, procerum multitudinem, bellatores insignes, ac sapientium denique cohortes cōnumeratis, panditis, propalatis; nam ego omnibus hisce oblіuione perpensis horrescam sanè Reuerendissimum Patrem, roseum Apollinem, radiantia capillamēta, corruscum lumen, rutilantem lucem ab inferioribus susceptare syderibus. Non permittam florum Heroinam genarum purpuram à flosculorum turba penitus vēdicare; Non annuam sanè Iouis alitem ab auiculis emendicare volatum. Desinam Tagum, Idaspem, atque Pactòlum, amnes aurifera, ac rutila euoluentes arena, à Belo vitreas eiectante vtique lymphas tribu-

tum

tum accipere. Dedecet tandem Franciscum ab auis, proauisque suſceptare præconia, quæ ab ipſomet longè maiora proſilire proſpectat. Proindeque vadat, recedat, abeat, hinc quæſo Murranus ille à Vate decantatus, pergat inquam, & nobilitatis ambitione luxuriet, laſciuiat generis claritate, ſuperbiat anteceſſorum memoria, nam ipſe primæuus vel nobilitatis indigus, vel ab eadem exorbitando, oſtiatim fere à maiorum virtutibus claritatis tegmen induſiumue emendicabit. vt non immeritò Domitianus ille in Senatu hereditario habitum iure imperium, non à parentibus, ſed à ſe traditum illis ad ſemet ipſũ remeaſſe concinerit; aureum fortè Chriſoſtomi prolatum conſpicatus, ſatius eſſe parentes à te gloriam aſciſcere; quam te Parentum emendicare gloriam; vnicus enim heros (propalat eloquentiæ parens Demoſtenes) totam gentem nobilitate deuorat, ille enim nobilis

bilis, ille clarus, Ille tunc integram concredat suam nobilitatem (aiebat Chrisostomus) cum omnia vel minima crimina eliminare contendit, cũq. virtutibus omnibus aggeres aggerare præsumit: & quis (dicite Auditores) Frãciscum nõ vocitabit magnatẽ, non indigitabit optimatem, eundem vel omnis minimi criminis feralem hostem contemplans, eundem vel adhuc lactantem omnigena virtute decoratum inspectans,

An non vix, ac ne *vix* quidem è matris gremio visus est egredi, vix cunabula vidit, & ad genitricis mammillas paruulus est inspectus adrepere, & infantis instar in Boario foro triumphum proclamantis omnigeno virtutum serto redimitus, triumphale Capitolium asciuit: haud secus quam Alexander qui adhuc infantili consuetitus indusio, præclarum deposuit futuræ munificentiæ rudimentum. Non minus quam Alcibiades

qui

qui vix sanè peruiam poterat calcare paruulus viam, vixque mammam balbucinante lingua proferre iam quibat,& suimet futurum prę-sagiuit euentum. Proindeque Franciscus fasciolis vix egressus, vixque luminibus aera circinans, quò se ouantem conueheret, perbellè rependit; En en omnia exactissimo sanè mætatur calculo, eademue breui instabilitatem seruare, inue terrarum latifundium ruere contemplatur; En terrarum orbẽ vndique lustrat, eumque instabili fortunæ saxo, quod ad circinum rotundarat natura innixum inspectat En capillatã Deam instentaneo reflatu, beatitatis cursum in Augusto Principe damnasse coniectat, inue Alexandro perpetuò lusitasse iam cernit. En mundi magnificẽtias pensat, easdemue breui lapsuras enunciat; Per vniuersum mente soliuagus euagatur, eidemue Democritũ, Heraclitumue occursantes inspectat, hunc terræ vicissitudines deploran-

plorantem, illum vero easdemmet perenni concælebrãtem cachinno.

Stupidus hæret, admirabundus irrumpit, indeue facie velut vmbris mæstificata larualibus, sic in verba prorumpit: Et non vides Francisce, non cernis, quam subita sit rerum humanarum immutatio, nõ experiris quam breuis illuceat mortalium gloria? non inspicis quam citò euolitet mundana beatitas? Nonne Catonẽ accepisti maiorem, in voluptatis regno abesse virtutem? numquid cum Cicerone non sentis, voluptati finitimam esse molestiam. Numquid cum Chrisostomo non intelligis valetudinis firmamẽtum a luxu tantummodo subrui? Inspice ob id Manuelem Alexio relaxantem imperij habenas, eundemue non in illecebris, non in lenocinijs oblectamenta nancisci, sed in ęrumnis; sed in angoribus, sed in solitudinibus, sed (dicã tandẽ) in monastica vita fęlicitatis fastigium agnoscere inspectabis,

non

quasi purpura,& bysso me conue-
stire perambiam. O summam Dei
vtique afflantis potentiam, dum_
sic secum grādiloquus alloquens,
hæcque mente rependens, extem-
plò, subito derepentè, consurgit,&
elatus in pedes accurrit, anhelat,
properat; supplex,humilis,anxius,
rogitat, orat, cogit, compellitque
Patres eundem in eorum senatum
benignè, & amanter asciscere. An-
nuit.arridet cęlestina cohors tan-
tum ominata Patrem, vixque cæle-
stinum cernit succollasse amictum,
& admiratione, suffusa suas animi
dotes suspicere est animaduersa_,
admirari encomia contemplari
pręconia, probare vitam, tollere_
gesta,humilitatem pandere,exara-
re modos,& pręclarissimos denique
mores vel omnibus sane promul-
gare.nec id forsan immeritò;inspe-
ctabat enim cęlestinorum cætus
tenella adhuc lanugine eiusdem_
vernare iam malas, eundemue_
quoq. cernebat ephæbum, & tamē
(ò mi-

letam inuidiam. Hic vidisses Catonis grauitatem, Numæ religionem, Reguli fidem, Scęuolæ cõstantiam, Cleantis laborem, & Hipoliti pudicitiam. Hic vidisses patientię simulacrum, humilitatis figuram, tolerantię ideam, obediẽtię spectrum, bonitatis Imaginem obseruantiæ culmen, lenitatis fastigium, & mansuetudinis coronidem. Nec mirandum Domini, nec mirandum: Vndenam enim prosilit religio exararat Hieronymus, nisi è probitatis fastigio? cuius tanta fuit immensitas, vt omnes Medeę Circisque more, vel amore concremarit.

Glorietur ergò nunc temporis Salomon, se scilicet Nicaulæ Aegyptiorum Reginæ animum illexisse; superbiant Cydippe, Eurialus, Euridice, vnaque Endimion, se quasi formę præstantia amasiorum numerum oblectasse, nam Franciscus longè magis, ac maiori fortè sese iure iactabit, cum non forma, sed

vir-

virtutum granditate, non specie, sed animi dotum vastitate omnes ad suimet amorem benignè pellexerit; Ne amplius ergò Lauiniæ formæ tribuatur inter Aeneam Turnumue bellum indictum: Francisco tantummodo detur gloria, triũphus, dum non bellum indixit, sed amorem impartijt, non ad cõflictandum Cælestinos vocauit, sed ad amandam præconiorum infinitatem, non ad insectandum, sed ad eundem consectandũ, vt non immeritò omnes agminatim, turmatim, certatimuè confluerent illum varijs honorum sertis honestaturi.

Recedat ergò nunc temporis Datylus ille inglorius, nec amplius sui fortunam fortunantẽ indigitet, nouis in dies honorum insignibus insignitus, vberrimo ferè dignitatum numero ditatus, nam Franciscus quotidie, perenniter, millies millia mille honororum onera succollauit, & à Cælestinorum senatu in religione adhuc tyrunculus in

om-

omnigenum officiorum apicem traſlatus apparuit. O fugaciſſimum tempus, ò prolabentes horulæ, quæ mihi dicendi copiam ſuccinditis, ſurripitis ampliandi materiam, meue in promulganda laudum vbertate egenum, & mancum vndiq; redditis.

Proindeque ne amplius ſtupori inhęrentes altiſſimo peruagem ini Auditores, dum me ſilentio funerantem inſpicitis tot patrata regimina, innumera officia, multimoda onera, ſuccollatos honores, cęleſtinorum ſequelas, traditos honores, & Abbatis elargitas denique mitras: quas ſanè Cœleſtini meritis librarunt, haudquaquam fortunam penſitarunt! Abbas enim (exararat Gregorius) prius probandus, quam eligendus: proindeque ne amplius irrumpatis admirabundi, dum me ſilentio inuoluentem inſpectatis vrbium plauſus, acclamitantium Ciuium numerum, occurſantium cohortes

de-

deprecantium congeriem, plaudentium cateruant, & prosequentium turmam. Non enim (vt dixeram) id Apollinis annuit citatissimus cursus, non perlabentis temporis pernicitas dat iura dicendi, non tandem Franciscus sua vota ministrat; non inquam cum is duntaxat fastus feralis propugnator extiterit, euanidæ aurę penitus perduellis, & gloriæ immanissimus hostis.

Non enim honorum conflagrauit incendio, non glorię exarsit libidine, non principatus pruritu diuexatus apparuit, non primatus ardore crcmarus, non principantis officii tractus illicio: maluit enim vt Diogenes ille Cinicus probitate referri, quam prædicari; magis Dei ęmulus, quam glorię cupidus.

Eia ergò, & nunc intendo, cur omnia hæc olim aspernans officia, dignitares contemnens, acerbè nimis volubsilem sibi intuens accedere Deam, aufugerit, appulerit,

rit, accurrerit eò quò non homines, sed Naiades vnàque Napeæ confusa tamen inter virgulta, ac laserpitia morantes inhabitant, eò quò non viri subsultant, sed psalliunt Dryades plaudũt Amadriades Hymnides: eò inquã quò Beatissimæ Gratiarum Virginis pagus tãtummodo inspicitur.

Fælicissimi Panes, fælices quoque Siluani qui Oreadibus, Satyris vnàque Faunis consociales existitis indigitate Pyerides, concælebrate choræas, psallite, concinite, plaudite, & prçconijs, ac laudibus vestrum cohonestate Franciscum. O Deum immortalem cur non Acis more in amnem, non Aegeriæ instar in fontem me conuertis? Cur cum Aeaco in Mergum, cum Alcione in auem, cum Atlante in montem, & cum Smilace in florem me me sanè non redigis? idque duntaxat vt meum Apollinem inspectem, vtque naturæ genium contempler. Sed quò quò vadis Francisce, quò

 per-

pergis?'quò gradum intẽdis? Inter deserta ne abis? & non cernis desertos deserere tuos?Inter lucos ne vadis? & non inspectas sine luce, & illuminos peragrare Cæleſtinos? Didiciſti ne cæleſtine Pater,a cæleſtiuo Patre, Põtificiam dignitatem aspernante,inhabitare deserta? Solitudinem ne cum Hieronymo accipere non es veritus, ad Empíreum peruenturus? prædia ne cum Diocletiano imperium deserente incolere non ambigis fęlicitatem adepturus,fugaturus honores? sed falleris,sed deciperis, sed euanida spes conterminum sibi nõ vendicabit finem. nam cęleſtina cohors, vel in desertis quęritabit te sertis vndique redimire; vel in nemoribus, honoribus onuſtam moram peraget.Eia ergo ò Frãcisce recede à desertis, nemora desere, desine lucos, accede, aduenta, fæſtina, propera ad cæleſtinorum comitia; nam vel te Antiſtitem conclamabunt,vel te tandem generali digni-

tate

tate conueniunt. Fas erat enim, Auditores vt qui generali virtutũ culmine corruſcabat, generali quoque dignitate ſplendeſceret.

Cedat ergo nunc temporis vobis Cæleſtinis, Attici illius generis proſapia, quæ nedum idoneis Ciuibus Rempublicam, militiamue gerendam duxit, ſed ſæpe etiam peregrinos ciuibus antetulit, eoſque Reipublicæ gubernationi pręficere nõ eſt verita, quorum virtutem, Iuſtitiamue probaſſet: nam vos ò Cæleſtini longè maiori indagine inter innumeros Proceres Franciſcũ ſelegiſtis, eundemue bis generalatus inſignibus inſigniſtis. non immemores forte Phyloſophici dogmatis, opere pretium magis ducentis vrbem à viro præclaris moribus decorato regendam, quam à lege vel pulcrè ſanè ſancita. Conſcij ptolati Plutarchi, vel præſtrenui animi ſcilicet exiſtere, vel minima. tum vrbium prouinciam ſuſcipere, non ignari Plinij Iunioris dicti, eũ

nempe cuius omnes imperium sunt agnituri, ex omnibus quoque seligẽdum esse debere; Proindeque non casu, sed seriò, sed cogitanter eundem non semel, sed bis in generalatus apicem conuectastis, tertio illuc euecturi, ni lachesis ferox eundem inurbanè transtulisset ad vrnam, dedisset ad inferias.

Pergant igitur Cãdidati omnes, & enudatis corporibus sua vulnera pandãt, propalẽt cicatricum imagines, promulgent sublatos angores, idque tantummodò vt populi emendicent suffragia, vtque sibi honores accersant nam Franciscus non vulneribus, haudquaquam cicatricum imaginibus, non sublatis angoribus cælestinos ad suos inuocauit honores, sed virtutibus, sed animi dotibus, sed præconiorum denique numero. Quibus itidem suppuctus Serenissimus ille Sabaudiæ Cardinalis, regio sanguine natus, ineffabili dotum culmine preclarus, predicanda virtutum cel-

sitate

tate donatus; illum sua facta pendens, sua mætans pariter gesta, generalatus amictu cõuestiuit, decorauit indusio. O summã tanti Principis humanitatem, ò magna tanti Patris merita, quæ tanto Principi tãtum Patrem miris honoribus cohonestare fuere suscitabula.

Ab hoc igitur Auditores, & non ab alijs virtutes & normam expungite, Ab hoc Theseus, & nõ ab Hercule fortitudinem promat. Hinc Cydon Traiànus, atque Xenocrates clementiæ virtutem nanciscãtur: Hinc Consus cõsiliorum Deus emendicet consilia, Hinc Cymon & Cato modestiam exantlent, Hinc Mecænas, & Dido animi munificẽtiam expungant Hinc Erypthæus, Emathion vnaque Riphæus, Iustitię desumant præconia. Solus enim Franciscus Iustitiæ claritate pręsul, sit, Munificentiæ encomio decoratus apparuit; modestiæ immẽsitate prępolluit; consilijs exundauit; clemẽtię virtute inclaruit; & fortitudi-

nis tandem præconio illuxit. Appa ruit fortitudinis præconio, munitus, dum nunquã in attingẽdo scopo aut animum remisit, aut spem desperauit, sed eo vsque animum intendit, quousque mętã pertingeret, nilque profectò intentauit quin deuolutis obicibus, remotis offensaculis, optati extemplo compos existeret. Clementiæ virtute inclaruit, cum viros nequam, naturę potius infensos hostes, ac lethipheros Cerberos non protinus cruciatibus, ac pænis purgaret à mendis; sed sępius quoque consilijs è solo sustolleret, suasionibus seuocaret à vitiis, lepore seiungeret: summo enim iure aiebat Euripides vtere moderatè, nauis enim summa vi tensis rudẽtibus mergitur, erigitur iterum si rudentes laxaueris: Consilijs exundauit, dum Timothęi more ad Alexãdri mensam canentis, mutatis de industria ferè inuentionum modulis, non Regem, sed Cælestinos

Pa-

Patres, velut insanos statuere sup-
pungeret in pedes, non ad arma
captanda, sed ad prosequenda con-
silia, non ad debellandum, sed ad
prosequenda consilia, nō ad debel-
landum, sed ad citandos animos ad
eius sensata vtique sensa. Modestiæ
immensitate prępolluit; cum nul-
la vnquam vel audacię, vel temeri-
tatis labe fœdatus illuxerit, Muni-
ficentię encomio decoratus exti-
tit, dum mendicis præstabat opem,
amicos fouebat gratijs, Peregrinos
contubernio refocillabat, egenos
recræabat cibis, nudatos conte-
gebat indusiis. Iustitię tandem cla-
ritate pręfulsit, dum omnes æqua
pensabat lance, dum Pythagorę iu-
gum, stateramue æquitate seruа-
bat. Dicatur ergo ò Francisce, Fran-
cisce tu solus fortis, clemens, con-
silijs affluens, modestus, munificus,
& denique iustus indigitādus exur
gis. Nonne enim tu solus in equita-
te bilances cōstituisti libras, Astreæ
salutalti fores, librẹque nō elimina-

sti

sti fines?Nõne dic mihi.Tu solus Iu nonem diuitiarum contempsisti Deam, munerum spreuisti numerum, eorumdemq. omnium congeriem explodere non es veritus? idque fortè ne Iustitiæ fędaretur imago.

At dic mihi obsecro Francisce dic mihi, numquid è Babitace oppido prope Tygris alueum originem ducis? cuius incolę mortalium soli aurum posthabere censentur? Numquid Cratis more aurum, vel argẽtum proijcientis, illorum eris immanissimus hostis? Numquid auri sacra fames te nõ ad sui libidinem excit? Non (inquit) Auditores. Sciebat namque vir integerrimus Romanam vrbem munerum fuga cõcreuisse, auri vero corruisse libidine cumque Phocione credebat, non probi hominis esse cui in libera vrbe nato, regium sit aurum curæ, proindeque Promethei more Pandoræ munus respuentis, omnia vel minima quæque reijcere nõ expa-

uit;

uit; Exurgite quęso vos ò Brixianē. ses Patres, & è longinquis venite, regionibus, exurgite inquam, & huic nobilium coronę exarate, quanto olim seuerissimo respuerit repudio, nedum magna à vobis iusta persoluentibus oblata munera, sed vel minima quęque, vel exiguas nouaculas summa tamen humanitate porrectas. O summam tanti Patris integritatem, ò integram viuendi vtique normā; ò normam ab omnibus hominibus expungendam.

Admisit non ignoro Bacchi aurū Midas; sed breui confectus inedia, inue Pactoli lotus amne, eiusdem vrnæ aureas dedit exuuias. Reiecit Franciscus donaria, inue cælestino lotus flumine, illud aurifera donauit arena, palam planè facturus, sè non auro velut Idolo immolaturum, inhiaturum tamen, elargiri sua, religionem ornare, ditare collegia.

Ne amplius ergo glorietur Augustus

gustus ille se nempe forum cum
ęde Martis sublimasse Romę, Apollinis effigiasse templum, & Tonantis in Capitolio ædem fabrefecisse, non inquam; Quid enim non peregit Franciscus, non egit Reuerendissimus Pater? nonne is tãtum locupletauit templa, concinnauit ædes, ædificia erexit, & ampliauit monasteria? Nonne is tantum Sancti Seueri templum Theolindę more Longobardorum Reginæ bellè reconcinnanit, quod Cęli, terræque seueritatem probarat, succussata vndique terra, tremente solo, sacris ædibus dirutis, dilapso vtique templo? Nonne is tantum nobile in vrbium Regina collegium aptauit, ac condidit, æs alienum quod debebatur aliquibus, quodue cęlestinam religionem depauperabat, perbellè cancellare decreuit? Nonne is tantum Generalium nomina, gesta, ac monumenta in vnum redegit, ac Sancti Petri Cęlestini librum lucubrationibus ęternitati

sacra-

ſacrauit? quid plura, quid plura vultis Auditores? Plura, plura ſane paraſſet, ni inuida Clotho, ſæua lacheſis, immaniſſima Atropos eiuſdem ſtamen occaſſent, eundem Libitinæ dediſſent, morte funeſtaſſent. Porrò haudquaquam morte funeſtarunt, quinimò eundem immortalitati dedere, varijſq. ſertorũ generibus eiuſdem tempora circumdederunt.

Eia ergò Demogorgonis filiæ, inhumaniſſimæ Parcæ, funeſtas defrõdate cupreſſus, dilaniate, dilacerate, diſcerpite à vobiſmetipſis ſerta parata, nam nos tantummodo eidem aptabimus ſerta gramine, myrtho, quærcu, & lauro frondente coronas, ſicque multiplici corona redimitus, cum illo conclamare iam quibit: manet manet vltima Cælo.

O cælum beatiſſimum, ò radiantia lumina, ò corruſcantia ſydera, Iubilate, lætamini, exultate, dum neotericum inter vos aſtrum, illudque

ludque lucidius benigniſſimè apparet, in gentilitio ſuo corruſcans ſtegmate, indubium extitit omen, è cęlo dilapſum, pręceps quoque radiante fulgore crinitum, ad Cælū ipſum eſſe breuiter rediturum. Eia ergo ò Cælum, cęleſtium iſtud nobis oſtende ſydus, vt tanto iubare ſuffulti, velut lampades inſpectemur in orbe, tantumue gloriemur vidiſſe Planetam.

Eia igitur Auditores accurrite, accurrite ouantes, reuoluite gradum, intendite greſſus, veneremini vrnam, circūdate molem, hymnos concinite, parate exequias, & parentalia ſoluite, nam ego interim ſilentio ſeruitem imponam.

FINIS.



pergis? quò gradum intẽdis? Inter deserta ne abis? & non cernis desertos deserere tuos? Inter lucos ne vadis? & non inspectas sine luce, & illuminos peragrare Cælestinos? Didicisti ne cælestine Pater, a cælestiuo Patre, Põtificiam dignitatem aspernante, inhabitare deserta? Solitudinem ne cum Hieronymo accipere non es veritus, ad Empireum peruenturus? prædia ne cum Diocletiano imperium deserente incolere non ambigis fęlicitatem adepturus, fugaturus honores? sed falleris, sed deciperis, sed euanida spes conterminum sibi nõ vendicabit finem. nam cęlestina cohors, vel in desertis quęritabit te sertis vndique redimire; vel in nemoribus, honoribus onustam moram perageт. Eia ergo ò Frãcisce recede à desertis, nemora desere, desine lucos, accede, aduenta, festina, propera ad cælestinorum comitia, nam vel te Antistitem conclamabunt, vel te tandem generali digni-

tate

tate conueſtient. Fas erat enim, Auditores vt qui generali virtutũ culmine corruſcabat, generali quoque dignitate ſplendeſceret.

Cedat ergo nunc temporis vobis Cæleſtinis, Attici illius generis proſapia, quæ nedum idoneis Ciuibus Rempublicam, militiamue gerendam duxit, ſed ſæpe etiam peregrinos ciuibus antetulit, eoſque Reipublicæ gubernationi præficere nõ eſt verita, quorum virtutem, Iuſtitiamue probaſſet: nam vos ò Cæleſtini longè maiori indagine inter innumeros Proceres Franciſcũ ſclegiſtis, eundemue bis generalatus inſignibus inſigniſtis. non immemotes forte Phyloſophici dogmatis, opere pretium magis ducentis vrbem à viro præclaris moribus decorato regendam, quam à lege vel pulcr è ſanẽ ſancita. Conſcij ptolati Plutarchi, vel præſtrenui animi ſcilicet exiſtere, vel minima. tum vrbium prouinciam ſuſcipere, non ignari Plinij Iunioris dicti, eũ

nempe cuius omnes imperium sunt agnituri, ex omnibus quoque seligēdum esse debere; Proindeque non casu, sed seriò, sed cogitanter eundem non semel, sed bis in generalatus apicem conuectastis, tertio illuc euecturi, ni lachesis ferox eundem inurbanè transtulisset ad vrnam, dedisset ad inferias.

Pergant igitur Cādidati omnes, & enudatis corporibus sua vulnera pandāt, propalēt cicatricum imagines, promulgent sublatos angores, idque tantummodò vt populi emendicent suffragia, vtque sibi honores accersant nam Franciscus non vulneribus, haudquaquam cicatricum imaginibus, non sublatis angoribus cælestinos ad suos inuocauit honores, sed virtutibus, sed animi dotibus, sed præconiorum denique numero. Quibus itidem suppūctus Serenissimus ille Sabaudiæ Cardinalis, regio sanguine natus, ineffabili dotum culmine prę-clarus, predicanda virtutum cel-

sitate

tate donatus, illum sua facta pendens, sua mætans pariter gesta, generalatus amictu cōuestiuit, decorauit indusio. O summā tanti Principis humanitatem, ò magna tanti Patris merita, quæ tanto Principi tātum Patrem miris honoribus cohonestare fuere suscitabula.

Ab hoc igitur Auditores, & non ab alijs virtutes & normam expungite, Ab hoc Theseus, & nō ab Hercule fortitudinem promat. Hinc Cydon Traianus, atque Xenocrates clementiæ virtutem nanciscātur: Hinc Consus cōsiliorum Deus emendicet consilia, Hinc Cymon & Cato modestiam exantlent, Hinc Mecænas, & Dido animi munificētiam expungant Hinc Erypthæus, Emathion vnaque Riphæus, Iustitię desumant præconia. Solus enim Franciscus Iustitiæ claritate pręsul, sit, Munificentiæ encomio decoratus apparuit; modestiæ immēsitate prępolluit; consilijs exundauit; clemētię virtute inclaruit; & fortitudi-

nis tandem præconio illuxit. Appa ruit fortitudinis præconio, munitus, dum nunquã in attingẽdo scopo aut animum remisit, aut spem desperauit, sed eo vsque animum intendit, quousque mẹtã pertingeret, nilque profectò intentauit quin deuolutis obicibus, remotis offensaculis, optati extemplo compos existeret. Clementiæ virtute inclaruit, cum viros nequam, naturę potius infensos hostes, ac lethipheros Cerberos non protinus cruciatibus, ac pænis purgaret à mendis; sed sępius quoque consilijs è solo sustolleret, suasionibus seuocaret à vitiis, lepore seiungeret: summo enim iure aiebat Euripides vtere moderatè, nauis enim summa vi tensis rudẽtibus mergitur, erigitur iterum si rudentes laxaueris: Consilijs exundauit, dum Timothẹi more ad Alexãdri mensam canentis, mutatis de industria ferè inuentionum modulis, non Regem, sed Cælestinos

Pa-

Patres, velut insanos statuere supponeret in pedes, non ad arma captanda, sed ad prosequenda consilia, non ad debellandum, sed ad prosequenda consilia, nō ad debellandum, sed ad citandos animos ad eius sensata vtique sensa. Modestiæ immensitate prępolluit; cum nulla vnquam vel audaciç, vel temeritatis labe fædatus illuxerit, Munificentię encomio decoratus extitit, dum mendicis præstabat opem, amicos fouebat gratijs, Peregrinos contubernio refocillabat, egenos recræabat cibis, nudatos contegebat indusiis. Iustitię tandem claritate pręfulsit, dum omnes æqua pensabat lance, dum Pythagorę iugum, stateramue æquitate seruabat. Dicatur ergo ò Francisce, Francisce tu solus fortis, clemens, consilijs affluens, modestus, munificus, & denique iustus indigitādus exurgis. Nonne enim tu solus in equitate bilances cōstituisti libras, Astreæ salutalti fores, librę que nō eliminasti

sti fines?Nõne dic mihi.Tu solus Iunonem diuitiarum contempsisti Deam, munerum spreuisti numerum, eorumdemq. omnium congeriem explodere non es veritus? idque fortè ne Iustitiæ fędaretur imago.

At dic mihi obsecro Francisce dic mihi, numquid è Babitace oppido prope Tygris alueum originem ducis? cuius incolę mortalium soli aurum posthabere censentur? Numquid Cratis more aurum, vel argẽtum proijcientis, illorum eris immanissimus hostis? Numquid auri sacra fames te nõ ad sui libidinem excit? Non (inquit) Auditores. Sciebat namque vir integerrimus Romanam vrbem munerum fuga cõcreuisse, auri vero corruisse libidine cumque Phocione credebat, non probi hominis esse cui in libera vrbe nato, regium sit aurum curæ, proindeque Promethei more Pandoræ munus respuentis, omnia vel minima quæque reijcere nõ expauit;

uit; Exurgite quęso vos ò Brixianę. ses Patres, & è longinquis venite regionibus, exurgite inquam, & huic nobilium coronę exaratę quanto olim seuerissimo respuerit repudio, nedum magna à vobis iusta persoluentibus oblata munera, sed vel minima quęque, vel exiguas nouaculas summa tamen humanitate porrectas. O summam sancti Patris integritatem, ò integram viuendi vtique normã; ò normam ab omnibus hominibus expungendam.

Admisit non ignoro Bacchi aurũ Midas; sed breui confectus inedia, inue Pactoli lotus amne, eiusdem vrnæ aureas dedit exuuias. Reiecit Franciscus donaria, inue cælestino lotus flumine, illud aurifera donauit arena, palam planè facturus, se non auro velut Idolo immolaturum, inhiaturum tamen largiri sua, religionem ornare, ditare collegia.

Ne amplius ergo glorietur Augustus

gustus ille se nempe forum cum ęde Martis sublimasse Romę, Apollinis effigiasse templum, & Tonantis in Capitolio ædem fabrefecisse, non inquam; Quid enim non peregit Franciscus, non egit Reuerendissimus Pater? nonne is tātum locupletauit templa, concinnauit ædes, ædificia erexit, & ampliauit monasteria? Nonne is tantum Sancti Seueri templum Theolindę more Longobardorum Reginæ bellè reconcinnanit, quod Cęli, terræque seueritatem probarat, succussata vndique terra, tremente solo, sacris ædibus dirutis, dilapso vtique templo? Nonne is tantum nobile in vrbium Regina collegium aptauit, ac condidit, æs alienum quod debebatur aliquibus, quodue cęlestinam religionem depauperabat, perbellè cancellare decreuit? Nonne is tantum Generalium nomina, gesta, ac monumenta in vnum redegit, ac Sancti Petri Cęlestini librum lucubrationibus ęternitati sacra-

ſacrauit? quid plura, quid plura vultis Auditores? Plura, plura ſane paraſſet, ni inuida Clotho, ſæua Lacheſis, immaniſſima Atropos eiuſdem ſtamen occaſſent, eundem Libitinæ dediſſent, morte funeſtaſſent. Porrò haudquaquam morte funeſtarunt, quinimò eundem immortalitati dedere, varijſq. ſertorũ generibus eiuſdem tempora circumdederunt.

Eia ergò Demogorgonis filiæ, inhumaniſſimæ Parcæ, funeſtas defrõdate cupreſſus, dilaniate, dilacerate, diſcerpite à vobiſmetipſis ſerta parata, nam nos tantummodo eidem aptabimus ſerta gramine, myrtho, quærcu, & lauro frondente coronas, ſicque multiplici corona redimitus, cum illo conclamare iam quibit: manet manet vltima Cęlo.

O cælum beatiſſimum, ò radiantia lumina, ò corruſcantia ſydera, Iubilate, lætamini, exultate, dum neotericum inter vos aſtrum, illudque